QVINTII BONIOANNIS CALABRI TROPIENSIS

Neapoli Philoſophiam profitentis,

PERIPATETICARVM DISPVTATIONVM De principiis Naturæ,

SECTIONES TRES.

CVM INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS

Tum Rerum omnium memorabilium, tum etiam Capitum.



CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Petrum Dehuchinum.
M D LXXI.

QVINTIVS BONIOANNES
ANTONIO CARAFAE
Cardinali amplissimo,

S. P. D.



Vv'm tanta esset omnium gratulatio aduentus tui, tantæ principum virorum, doctorumq́ hominum vndique salutationes, & si me non illustris fama impelleret ingenij ac virtutis tuæ, mihi tamen putarem esse turpissimum, si vnus ego deesse officio viderer. Nunc vero non turpitudinis illius metu, sed amore laudum tuarum sum adductus, vt meum in te animum, & obseruantiam, quibus modis possem, non tibi solum, sed ingeniosis etiam doctisq́ hominibus testarer. Etenim officij commune illud genus, quod ab omnibus præstari solet, vt cum cæteris, in plurimorum hominum frequentia te salutarem, neque essem assequutus contendere si voluissem, neque sanè vt assequerer valde laborandum putaui. Sciebam enim te, affecta valetudine hominem, qui paucis his diebus abesse ab vrbe, colligendi tui causa volueris, ferre vix posse tantas, primum Puteolis, deinde Neapoli summorum virorum salutationes. Ac vidisti tu quidem prudenter, vt modestiam simul & quandam gloriolæ speciem caueres, ne recta Neapolim accederes, neue infinitam equitatus multitudinem tibi obuiam vndique prodeuntem ferres. Itaque Puteolis quùm diebus aliquot contendisses, ea res etiam accessit ad consilium & voluntatem tuam, vt subito ad Perafanum Riberam in lectulo ægrotantem tibi veniendum esset, quo die, ne suspicio quidem vlla aduentus tui esse videretur. Vt fefelleris tamen, amantissimos tui, & huius nobilissimæ studia ciuitatis quæ tota sese obuiam tibi effundere voluisset, illud certè, succedere non potuit, vt non quotidie nunc horisq́ omnibus,

 clarissi-

clarißimorum virorum, sorbenda tibi multitudo sit, eorum qui laudes, qui dignitatem, qui locum honoris, qui virtutem, qui gloriam tuam admirantur. Quam ob rem ego qui cedendum viris talibus, & inualetudinis tuæ mihi rationem esse habendam putaui, hos ad te de Philosophia libros misi, vnde quum te à molestiis, labore, & corporis imbecillitate ista relaxaris, & Romæ consederis, intelligas vnum fuisse me, qui obseruantiam in te, officiaq; omnium superare voluisset. Sic enim existimes velim, me hoc quidem tempore ex his libris, significationem amoris erga te mei potius quam scientiæ opinionem quærere. Non me contemno equidem, & in quæstionibus de obscuritate naturæ, multum ac diu versatus, nolim philosophiæ rudis omnino videri, & in his libris, vt studiosæ iuuentuti prodessem plurimum elaboraui, sed nunc illud etiam commodi capiam ex meis laboribus, vt ex his me cognoscas esse obseruantißimum tui. Oro etiam te, nisi forte quæ scripsimus nihil esse credas, aut inania, aliquem his in bibliotheca tua locum esse velis, & si quid vnquam erit otij, beneuolentiam in iisdem legendis meam recognoscas. Nec despero tamen fore, vt quæ multis vigiliis diuturnaq; lectione philosophorum sunt à me conquisita, notata, & mandata literis, nonnihil afferant luminis ad cognoscenda quæ volumus. Verumtamen illud esto summum, vt si quid hæc, philosophiæ studiosis proderunt, ego me putem effecisse quod potui. Ego quidem certè cupio vehementer, & ingenij doctrinaq; laudem, & beneuolentiam ac memoriam nostri tuam esse consequutum. Vale.

Neapoli prid. Id. Apr.



INDEX LOCVPLETISSIMVS EORVM OMNIVM, quę in hoc opere notatu grauiora continentur.



D

Magnus

N

O

Omne

Indicis Rerum memorabilium, Finis.

INDEX CAPITVM OMNIVM,


quæ in hoc opere continentur.

PRIMÆ SECTIONIS, CAPITA.

SECTIONIS II. CAPITA.

SECTIONIS III. CAPITA.

Indicis Capitum, Finis.



QVINTII BONIOANNIS CALABRI TROPIENSIS,

PHILOSOPHIAM NEAPOLI PROFITENTIS:

Peripateticarum diſputationum De principiis Naturæ,

SECTIO PRIMA.



PRÆFATIO.



ORVM quæ natura duce fiunt & ſunt, principia, cauſas, & elementa, (veterum iam pridem exploſis ſententiis) tria Ariſt. ſtatuit, materiam, quod ſeminarium, & chaos à philoſophis dicitur, è quo cuncta in lucem prodeunt ſublunaria: agentium ope & impulſu, cui vna numero exiſtens perennis inhæret priuatio; tertium autem diuinum principium optimum & appetibile forma, è cuius formæ oppoſitione & priuationis, inuenta eſt ſubiecta prima natura: nullum enim contrarium alterius contrarij actionem recipit & ſuſtinet, ſed in eius aduentu potentioris perimitur, minusq́; potentius alterum interit, contraria ſiquidem naturæ principia ſunt: & ab antiquis omnibus vna voce poſita: & ab Ariſt. demum optima ratione demonſtrata: non ſufficiut autem pro rerum generatione & interitu, quare & contraria & non contraria affirmare ipſa operæpretium eſt: idcirco & duo & tria rerũ principia proferre poſſumus: ſufficiens enim eſt alterum contrariorum abſentia & adſentia facere mutationem: hæc autem prima omnium ſubiecta natura, in qualibet & ſubſtantię & accidentis mutatione præſto eſt neceſſario, omnibusq́; in mutationis modis inuenitur neceſſario: turpis verò & ipſa nequaquã eſt ſua natura: ſed priuationis merito, ob quam ſua natura æterna oriri atque interire dicitur: appetit formam bonum, Diuinum & appetibile exiſtens ſuapte natura: omni prorſus & forma eiuſque priuatione negata; nec enim quid, necnon quid; nec qualis, necnon qualis; nec quanta, necnon quanta, aut aliorum aliquod, ſed non eſt quid, nec eſt non quid; non eſt qualis, nec eſt non qualis, aut aliorum aliquod: quoduis enim horum habens, in propria ratione non poſſet in altero facta iri, hinc ſpuria adulterina nothaq́; cognitione nobis ipſam innoteſcere Thimeus Locrenſis, poſt eum Plato & Ariſt.

tradidere: corrumpitur quidem nunquam sua natura, quemadmodum nec gignitur: esset enim antequam fieret, corruptaq́; esset antequam corrumperetur: primo existente subiecto illa è qua cuncta in lucem prodeunt & oriuntur, atque in illam cuncta resoluuntur: forma autem longe præclarius principium, longe nobilior, longeq́; præclarior causa à qua esse illud ab omnibus ita optatum emanat: præclarior substantia ob quam est id quod est hoc aliquid. nec enim carnem aut os quippiam affirmare nobis licet: ipso aut carnis, aut oßis formam non habente; ortus & omnis boni natura & caussa, inseparabilis verò re & ratione ab ipsa materia; cui quidem peßima suaq́; malefica natura opponitur priuatio, interitus sua præsentia & per se omnis: sua verò absentia & per accidens ortus, non esse sua natura: merito materię verò per se entis, per accidens ens vadit cuius ob beneficium ens per se materia: per accidens non ens efficitur: qua ratione è priuatione nullum poßibile est constare compositum, necessaria in rerum mutatione: nequaquam tamen in rebus ipsis, ex non tali enim quod aptum est fieri tale id quod fit oritur & nascitur, quare quæ natura sunt ex his principiis constant & fiunt: quamobrem operæpretium philosophiæ candidis studiosis me facturum fore existimaui, si singulas arduasq́; quæ his naturæ principiis accidunt difficultates enodauerim atque absoluerim, quę doctißimorum ingenia diu torserunt, & in illarum explicatione illa dicere visi sunt, quæ nullam firmitatem in Aristo. doctrina (quam præcipue sectamur & profitemur) habere videntur: illud verò quemadmodum de his & de propositis peripatetici tractauerunt institutum est mihi verba facere. Si verò aliquid est quod nostræ fidei ortodoxæ, & sanctißimæ decretis, verißimisq́; sententiis opponi videtur, illud vt philosophum Peripateticum sententiamq́; philosophorum afferentem dicere vnusquisque pro comperto habeat. firmiter enim teneo & credo simpliciter quæcunque ex fide nostra à Christo Domino Saluatore per Romanam Ecclesiam tradita sunt; cui me omniaq́; dicta mea semper submitto, & submittam: quemadmodum semper submisi, pro qua propriam vitam millies si opus fuerit paratus sum effundere: interea nostrum institutum prosequamur, vt nullus vnquam in Aristo. philosophia studiosis relinquatur dubitandi locus. & quod desiderari poßit in hac tractatione nihil sit. Illas primum discutiendas difficultates duxi, quæ naturæ principiis in se spectatis accidunt: deinde quas vt alia respiciunt circa ipsa in dubium illæ verti solent: quælibet enim res sua prius est natura & mox ad alia refertur: hanc verò circa naturæ principiorum tractationem partiri hac ratione in tres partes duxi, vt prima materiæ & priuationis omnes difficultates examinet: secunda formæ quæstiones discutiat: tertia compositi dubia absoluat, nec male prima hæc sectio (vt opinor) materiæ simul & priuationis essentias præstat & contemplatur Arist. imitatus, qui integrum ferè librum de ipsis conscripsit. Accedit veteres illos naturę interpretes solam materiam substantiam:
Cap. 1. Tex. 7. cætera verò cuncta accidentia ratos fuisse; quemadmodum ex 1. de Animalium partibus, & 2. Physic. & multis aliis in locis apud Arist. legimus.



A *De essentia & natura materiæ primæ, explicatur sententia quæstionis.* *Cap.* I.



ATERIA an sua natura actu vel potentia sit? hęc prima difficultas discutienda & examinanda, cum essentiam & naturam ipsius respiciat, non iniuria cæteris prius se affert: aperienda autem est antequam proficiscamur ad vlteriora, difficultatis sententia; ipsa enim intellecta in cæteris diiudicandis veritateq; percipienda magnum aditum viamq; facilem dabit, à cuius ignorantia latinos sæpe numero interpretes in graues errores incidisse videmus: & illos potissimum quibus Arist. aliter quàm græcis exponendus videtur, qui soli vel maxime Arist. mentem præ cæteris habuerunt, & magis & maxime ab illis discedentes, magis & maxime errare conspicimus: latinorum ergo nonnulli, quemadmodum Ioan. Bacconitanus sic sententiam quęstionis aperiendam existimat, materia an actu sua natura vel
B potentia sit: hoc, inquit, quatuor modis intelligi potest, vt (fideliter potius quàm Latine eius verbis vtens) suam sententiam hic affero: primo modo vt actualitas imaginetur, & in proposito quælibet entitas quæ sub ente transcendenti continetur: prout ens ipsum illimitatum & transcendens distinguatur contra ipsum nihil. Secundo modo vt actus & potentia sunt differentiæ cuiuslibet prędicamenti, quemadmodum homo in actu & in potentia dicitur: & album in qualitate in actu & in potentia, & sic de singulis aliis generibus. Tertio modo vt actus dicit formam, potentia mâteriam: quarto modo vt actus & potentia sint duo extrema entis secundum totum naturæ suæ circuitum & ambitum: adeo quod potentia teneat vnum extremum principium, vtpotè quod sit quædam entitas quę sit pura potentia, & actus sit aliud extremum, cui nulla sit prorsus admista potentia, quemadmodum illa extrema potentia est cui nullus prorsus est admistus actus. excludit Bacconus tres priores sententiæ quæstionis intellectus: tametsi, inquit, multi hanc difficultatem sub primo intellectu cauillent: hinc vide apud veteres Latinos fuisse non leuem etiam controuersiam de capite
C quæstionis. Quartum modum probat, atque ita explicat. quarto, inquit, modo est difficultas: nam infra, videlicet totum circuitum & ambitum entis vt ens est, possint duo extrema reperiri, quorum vnum extremum actus purus sit, & est id Deus: aliud verò extremum huic toto ex genere oppositum, propinquum ad nihil, adeo quod inferiorem gradum entitatis habere nequaquam possit nisi in nihil incideret, & hoc vocatur prima potentia siue prima materia hæc sit vocanda: hæc est præsentis difficultatis sententię ab hoc viro explicatio. Non mirum videri debet, si in illam suam sententiam, grauissimum, inquam, errorem de Natura & essentia materiæ primæ lapsus & detrusus sit Bacchonus, cum à sententiæ potestatis difficultatis intelligentia longe alicuius est, ipsamq; nullo pacto percipere videtur. Concedunt enim Peripatetici infra ambitum & naturam entis, vt ipse loquitur, reperiri potentiam puram, sed illam nequaquam materiam dicunt: sed rem generandam quæ in causis suis existens, vt rosa generanda dum est in suis causis, est potentia pura. Rursus Simplicius magnus Peripateticus, in commentariis super 3. Physic. puram potentiam non reperiri ait. qua ratione pretermissa est diuisio entis in puram potentiam: quemadmodum in purum
D actum, vel potentia & actu simul. Idémet Simplicius 2. commen. de anima, materiam puram potestatem negat, sed substantiam potestate: similiter Ioan. Grammaticus 1. de Ortu & Interitu puram potestatem nihil esse fatetur, dum negat materiam esse puram potentiam: quod totum Auer. confirmauit in prima disputatione destructionum contra Algazelem. his longe excellentior Alexander, elegantioribus verbis 2. Naturalium quæstionum scriptū reliquit. quare vana est huius hominis opinio. non desunt autem ex Latinis alij qui asserunt, talem esse huius difficultatis intellectum an materia sit actu, vel potentia, hoc est: Vtrum ipsa possit esse in rerū natura sine prorsus aliqua forma? vel non. quæ opinio in apertissimo satis est mendacio: in Aristo. enim philosophia nemo vnquam dubitauit: hoc tùm, quoniam sunt ipsa relatiua, quæ simul sunt natura, & mutuo nequaquā separantur 2. Physic. tùm etiam quoniam (inquit Philosophus in 1. de Ortu, ipsa foret vel vacuū, vel corpus indiuisibile, aut nihil, quæ omnia ibi ab Aristotele deducuntur, quare dicendum puto: alterum duorum modorum, vel vt materia opere intellectus ab ipsa circūscripta, qualibet forma naturali, in 1. (vt aiunt) naturæ signo respectu suæ essentiæ sit in genere actus, vel in ge-

Super tex. 4. & in tex. 2.

Cap. 7.

Tex. 26. 27.

nere potentiæ : cum enim ipsa sit ens, & ens sit actu, vel potentia, quæritur quale ens sit, ens actu, an ens potentia ? Dictum est autem respectu suæ naturæ circũscripta omni forma, quoniam vt ipsa est respiciens formas, ad illas est pura potestate : quo modo non vertitur in dubium, vel cum esse duobus modis dici consueuit : esse essentię & esse existentiæ, de quo latius infra : esse autem essentiæ est, dum aliqua res sua natura non est : sed esse habet in suis causis, quemadmodum rosa generanda, quædam est in suis causis, dicitur habere esse essentiæ : non autem esse existentiæ, quoniam sua natura non est, sed omne esse aliunde recipit. esse autem existentię est, dum sua natura, & ex se, est : & aliũde esse suum non habet, quem admodum rosa producta extra suas causas, atque hoc modo quęritur an materia prima habeat esse essentiæ à cã sua formali, & sua natura nullum esse habeat : sed omne esse habet à cã sua formali, sicuti rosa existens in radice habet esse à cã sua, vel sit sua natura in esse essentiæ, & existentiæ, vt rosa iam sua natura existens. Illud tamen esse sit imperfectũ : terminatur verò à forma, similiter est existentia imperfecta, & actu imperfecta, quem quidem actum subtiles nuncuparunt, actum pręsentię, & entitatiuum, per quem materia est, extra suas causas, extra nihil, & extra operationem intellectus : manifestum est ergo caput quæstionis. E F

Opinio Latinorum prima de essentia & natura materiæ. Cap. II.

1. part. q. 66. & in q. de potetia Dei. q. 4. artic. 1. & in quolib. q. 3. Auicẽnas ĩ sua Metaphy. tracta. 2. c. 4.



Latinorvm primus interpres B. Thomas, & inter Arabes Auicennas, asserunt, materiam esse ens pura potentia, circũscripta etiam omni forma ope intellectus ab ipsa, omnemq; entitatem, & existentiam habere ab ipsa forma, & omnem existentiam, tùm perfectam, tùm imperfectam, à forma proficisci, quare & ab ipsa forma nulla potentia, materiam posse separari concludit B. Thomas, quam sententiam communis schola Latinorum in-

Tex. 10. sequitur, atque ita astruunt Philosophus 5. Physic. habet, quod mouetur est, quod generatur non est, sed subiectum motus est in actu, subiectum generationis non est : subiectum verò generationis, quod non est, est materia, ergo materia sua natura non est, sed omne esse est, à forma non est, adhuc si materia esset aliquid sua natura, aut esset actus purus, aut potentia pura, aut mixtum ex actu & potentia, non actus purus, huiusmodi enim est Deus G

Tex. 30. benedictus solum, vt 12. diuinorum testatur Arist. non mista ex actu, & potentia, quoniam ipsa tunc non esset summe simplex & primum principium. igitur potentia pura materia prima erit. Rursus si materia sua natura esset actu, tunc ex duobus in actu existentibus constaret compositum, quoniam forma est actus, & materia est actu, ergo conflatur composi-

Tex. 15. tum ex duabus substantiis actu existentibus : cuius oppositum 8. Metaph. Arist. probauit, cum nullam aliam causam cognouisset : quare ex materia & forma constat vnum tertium,

Tex. 7. nisi quia hoc potentia, illud verò actus. Adhuc philosophus 7. diuinorum, asserit materiam non esse quid, non esse qualem, non esse quantam, sed potentia ad omnia : igitur sua natura materia erit absoluta potestas. Auicennas eandem sententiam sequutus suam positionem hoc modo confirmat, vel materia est causa essentiæ formæ, vel forma est causa essentiæ materiæ : si secundum habetur quod quęritur, non primum dandum est, quoniam tunc illud eueniret absurdum, omnem formam naturalem esse perẽnem & perpetuam : materia autem ęterna est, & perpetua, ergo causabit esse formę æternum, & perpetuum, adhuc nullum in pura potestate ens erit causa eius ꝙ est actus, atqui materia est pura potestas, forma verò in actu & actus : ergo materia non erit causa formę, sed potius forma erit causa materię: pręterea illud contingeret absurdum, vt omnes formæ essent vna forma, quoniam materia est vna, & ab vno vt vnum, non proficiscitur nisi vnum, vti 2. de ortu legitur : ex quibus concludit materiam nullatenus esse formę causam, sed potius è conuerso forma erit causa materię & totius esse illius, adeò quòd si à materia omnis forma esset remota, nihil essentiæ materię remaneret præter puram materiæ conceptionem : & hanc met opinionem Ioan. H

2. sen. dist. 12. q. 1. art. 1. idẽ 2. quolib. q. 9. Bacconitanus pluribus & his fortioribus rationibus confirmauit : qua ratione, inquit, est reperire vnum extremum positiuum in tota natura entis, eadem ratione est reperire aliud extremum positiuum infra totum ambitum entis : sed in natura reperitur vnum extremum : nempe Deus, actus purissimus, qui nulla prorsus est admista potentia. eadem rõne reperitur

aliud

A aliud extremum pura potētia, cui nullus sit penitus admistus actus,& hoc est materia prima: Ergo materia prima,est absoluta potestas.modus arguendi est Arist.12.Metaph.& 8.Phis.vbi ait: datur motum non mouens vnum, scilicet extremum. igitur datur aliud extremum mouens, & non motum. præterea Auer.2.Phys.ait: forma dignior est habere, hoc nomen substantia, quam compositum, dans rationem, inquit, quoniam per ipsam, scilicet formam, compositum est in actu. tunc percontatur Bacconus aut Auer.loquitur de actu in genere substantiæ, secundum omnem rationem actus, illius generis, vnde tunc tota actualitas, ibi est ab ipsa forma: quare habetur id quod quęritur: totam, scilicet actualitatem, & existentiam, tum perfectam,& imperfectam proficisci à forma: erga ipsam materiam,quare absoluta, & pura potestas, erit materia: vel ibi loquitur Auer.de actualitate perfecta, & quæ competit duntaxat formæ: nec propterea excluditur, quin materia haberet actualitatem imperfectam: sed hoc, inquit, fieri non potest, quoniam tunc Auer. concluderet oppositum ac committeret petitionem in primo, quoniam si hoc esset: tunc compositum, erit magis substantia, quam forma: quoniam compositum, duplicem actualitatem concludit: & formæ, & materiæ. quare Auer.male concluderet: quòd forma dignior est, habere hoc nomen, substantiæ, quàm compositum. demum citato loco arguit, forma est causa propter quam compositum est in actu: causa dignior est causato: igitur forma, dignior est habere, hoc nomen substantia, quam compositum. hac Auer.ratione, ita formata: tunc instat Bacconus: si compositum, haberet aliam actualitatem, quam à forma, vt a materia,tunc Auer.per illud medium, causa est dignior causato: nunquam probaret: quòd forma, dignior est habere hoc nomen, substantia, & actus, quam compositum: sed potius, compositum, esset magis in actu: quam ipsa forma: quoniam compositum includit duplicem actualitatem: materiæ, scilicet imperfectam, & formæ perfectam: quare excederet compositum ipsam formam actualitate materiæ: & sic Auer.male assereret formam esse magis áctum, & digniorem substantiam, ipso composito. adhuc Auer.eodem lib.2.Phys.probat: materiam à forma nequaquam posse separari. atque ita ratiocinatur: si hoc accideret, tunc id quod non est in actu: esset in actu, tunc quærit quomodo in hac ratiocinatione Auer.ꝙ tunc, quod non est in actu, C esset in actu: sumit Auer.materiam non esse in actu? aut Auer.intelligeret materiam haud fore in actu, existentiæ actualis, & perfectę: tunc proculdubio Auer.peccaret in eo quòd est in primo. hic enim esset intellectus sui ratiocinij: materia non potest à forma separari, & sine forma existere: quoniam non est in actuali existentia, & perfecta sine forma: quare manifestum est peccatum eius, quòd est in primo petere. quare sub hoc sensu Auer.probatio intelligi non potest vti aduersarij dicerent: aut materiam non esse in actu sumit Auer.pro quolibet actu perfecto, & imperfecto, hoc est pro actualitate essentiæ ipse loquitur: adeo vt hic sit sensus, materia non separatur a forma: quia non habet aliquam in sua essentia actualitatem, nec perfectam, nec imperfectam, sed omnem recipit ab ipsa forma: quare habetur id quod petitur, absolutam potentiam aut intendit Auer.materiam non esse in actu,pro actitudine quam habet: vt non possit esse in actu: vt suæ probationis hic esset sensus: materia nō potest separari a forma,& existere sine illa,quia nō est apta nata,in actu existere,absque forma: & tunc manifesta esset petitio in primo: probaret etenim ignotum per ignotum: quoniam assumptum, nempe materiam non esse aptam natam, esse sine forma: indiget D probatione robustissima: quemadmodum id quod concluditur: materiam non posse esse sine forma: quare faciens vim in verbis Auer.concludit iste vir absolutam & puram esse potestatem materiam. vlterius instant alij Latini: actus est,qui separat & distinguit 7.Metaph.atqui in fundamento naturę,nulla est distinctio 1.Metaph.igitur nullam habet materia actum: sed pura est potestas. Præterea si materia esset, sua natura in aliquo actu, tunc generatio foret alteratio: quod ex 5.Phys.& 1.de ortu & interitu falsum legimus. id quod consequitur hoc pacto probatur: supposito & præassumpto Auer.dicto 1.Phys.in ortu substantię amittit materia nomen, & definitionem. in alteratione verò, nec nomen nec definitio, perditur. Suscipiendum est aliud,apud Arist.materiam esse æternam: tunc arguitur,materia habet aliquem actum per aduersarios, ergo in generatione substantiæ, cum ipsa sit æterna non admitteret definitionem nec nomen: quoniam ipsa existente æterna,non admitteret actum: à quo omnis definitio, & nomen suscipitur: quare in substantiæ mutatione, materiæ nec nomen, nec definitio perderetur. huiusmodi est alteratio: igitur generatio substantię foret alteratio: quare materia erit absoluta potentia natura sua. amplius compositum est potentia propter materiam:

Tex.37. Cōm.4. Cōm.12. Tex.49. Tex.17. Cōm.63.

materiam : est actu propter formam : sed propter ꝙ vnumquodque illud tale magis est : igi- E
tur materia, maxime est potentia. sed ꝙ est maxime tale, & per se tale, & sua natura tale erit.
Com.20. ergo materia sua natura pura est potentia. qđ ab Auer.confirmatur 2.de Anima : materia,in-
Tex.27. quit,est substantia, inabsoluta potentia . quod totum ego confirmo ex 1.de ortu & interitu : vbi philosophus ita ratiocinatur : si materia esset sine forma : hęc sequerētur absurda : ꝙ ipsa, vel nihil esset, vel vacuum, vel punctus, vel corpus impartibile,quemadmodum ibi Arist. deducit, modo si materia, sua natura aliquam actualitatem includeret : quęcunq; sit illa vel perfecta,vel imperfecta: ratio Arist.tunc esset sophistica: ꝙ materia sine forma, nequaquam esset. nihil habet enim sua natura, actualitatem aliquam imperfectam, & præter formam: quare non est necessarium,non esse nihil. qđ ita potest confirmari : illud est causa dans omne esse alicui : quo ablato, primo illud aufertur : & quo posito : illud primo ponitur : at 1.Poster.patet. atqui forma,respectu materię sic est, vt citato loco apud Arist.patet ergo totum es-
Com.10. se habet materia : à forma sua, nam existente pura potentia, adhuc Auer.5.Phys.materia in-
Tex.16. quit est potentia, cui non admiscetur actus, omnino similiter philos.9.diuinorum, inquit, amplius, materia potentia est : donec veniat ad speciem : quando verò actu est : tunc in spe- F
cie est. amplius,qđ est prope substantiam : non est sua natura, aliquis actus : quoniam actus
Tex.80. est maxime substantia : atq; materia est prope substantiam 1.Phys. igitur materia, nullus erit
Com.5. actus natura sua,sed absoluta potestas. similiter Auer.3.de anima commen.inquit,materia in genere entium, est potentia. ergo non actus,amplius si materia sua natura esset aliquis actus :
Tex.69. posset per se cognosci & non per analogiam: quemadmodum Arist.tradidit 1.Phys.id qđ con
Tex.22. sequitur hoc pacto . probatur ergo diuinorum actus est ratio intelligendi : quare si materia, sua natura esset aliquis actus sua natura posset intelligi: & non per proportionem ad formam. Rursus id cuius differentia essentialis & substātialis est tale, illud non erit nisi tale : at materię substantialis differentia, ex 1.cap.de substantia orbis potentia est : igitur sua natura materia potentia erit. qđ idemmet Alex.confirmauit 2.naturalium quæst. esse inquit, substantiæ ma-
Cap.7. teriæ, in posse est. præterea definitio est essentia,quiditas, & natura definiti,ex 7.diuinorum,
Tex.30. & 1.Post.at materię potentia est eius definitio. ergo essentia materiæ, erit duntaxat potentia,
Tex.8. minor propositio ab Arist.probatur 7.diuinorum : materia,inquit,non est quid,non est qua- G
lis, non est quanta, nec aliquod quibus ens est determinatum. 10.etiam diuinorum materia, negatione cognoscitur. Demum 1.Phys.materiam secundum suam naturam, quæ est poten-
Tex.24. Tex.82. tia esse ingenitam, & incorruptibilem: secundum autem priuationem, quæ non est sua natu-
Tex.69. ra, oriri & interire. idem 1.Phys.materia est vna, non sic vna existens, vel hoc aliquid. igitur
Tex.7. pura erit potentia.qđ totum confirmauit 2.de Anima: causam largitur quare materia,& compositum, sint, & vnum sint : quia,inquit, forma, & actus, vere est vnum, & proprie ens. eo-
Tex.37. dem 2.lib.forma omnibus quæ sunt, ipsius esse causa. igitur vt sit materia forma causa est : & per consequens omne esse, est a forma : materia igitur pura, & absoluta potentia erit rursus quotiescūq; sunt duo, quæ competunt alicui : illud per se, & intimius, & sua natura competit : ꝙ ipsum definit : sed actus, & potentia, competunt materię: igitur illud natura, & per
Tex.69. se,& intimius,materiæ competit : ꝙ ipsam definit. huiusmodi est potentia 1.Phys.igitur pura erit potentia. adhuc vt res se habet vt sit,ita vt cognoscatur: & è contra : atqui materia,cognoscitur per potentiam & non per actum . ergo erit potentia & non actus . maior propō
Tex.4. Com.15. 2.Metaph.habetur: minor verò ex 7.Metaph.& 1.Phys.locis citatis petenda est. adhuc Auer. H
4.Meteor.inquit, Quod non est in actu,non est ens : materia non est in actu : igitur non ens erit. Rursus forma,apud philosophos dat esse rei : tunc quęritur, aut dat esse composito, aut materię non composito : quoniam tunc daret sibi ipsi esse, cum cōpositum non sit aliud quā materia & forma, igitur dat esse materię : & per consequens,totum esse materia habet,a forma. Amplius omne quod recipit aliquod, recipit illud secundum quod est potentia ad illud,
Cōm.5. non autem actu , vt ab Auer.hoc planum fit 3.cōment.de Anima : at materia secundum se totam recipit formam. igitur secundum se totam est ad illam potentiam, vnde si esset sua natura,in aliquo actu,tunc non secundum se totam reciperet formam,quo nihil absurdius,forma enim materialis secundum se totam recipitur in materia, vti tota perfectio in toto perfectibili, quo fit, vt absoluta sit materia potestas, pręter hęc si materia esset ens actu, tunc ipsa
Cōm.78. haud foret medium inter ens, & nihil,cuius oppositum Auer.dixit 1.Phys.Pręterea vt se habet actus ad potentiam,ita se habet potentia ad actum. Sunt etenim correlatiua,at in entium natura datur actus, cui non est aliqua potentia admixta, nec perfecta, nec imperfecta, vti est

A ipse Deus, vt patet 12. diuinorum, igitur est potentia, quemadmodũ materia prima, cui nullus sit admixtus actus, nec perfectus, nec imperfectus, demum omnis substantia in actu aut forma aut compositum est, semper enim Arist. Id quod est actus vel in actu formæ, aut composito tribuit, at materia nec forma nec compositum est, vt vnusquisq; fatetur. igitur materia non erit natura sua in actu rursus quod natura sua est potentia ad omnem actum generis speciei perfectum, & imperfectum sua natura nullus est actus, nec perfectus nec imperfectus. at materia est sua natura potentia ad omnem actum generis speciei perfectum & imperfectum. igitur sua natura nullus erit actus nec perfectus nec imperfectus nec generis nec speciei, vel indiuidui. Contenti sub ipsa specie maior propositio ex 3. de Anima est lucida, minor ex 7. & 10. diuinorum. prȩterea si materia esset ex se in aliquo actu accideret, vt duo contradictoria simul essent vera, foret vtrq; ipsa, & non foret. id quod consequitur, vno prius sumpto probatur materiam ad omnem actum potentia esse tunc ita instatur: quod est potentia tale non est tale, vt potentia Socrates generandus non est Socrates, at materia est potentia ad omnem actum, & ipsa est actus, ergo foret ipsa, & non foret, quoniam esset ad se Côm. 4.
B ipsam potentia. positum enim est, ad omnem actum ipsam esse. potentia adhuc omne illud, quod est quatenus & inquantum tale est per se, & sua natura tale: quatenus enim, & inquantum formam dicunt, vt 5. Metaph. Arist. declarauit, & in categoriis Simplicius notauit, atqui ortus substantiæ fit ex materia inquantum est potentia 1. Phys. Igitur sua essentia & natura materia potentia erit, adhuc illud cuius forma est potentia, & priuatio, illud est potentia & priuatio; atqui forma, est potentia, & priuatio vti Auer. 2. Physic. igitur materia sua natura erit non ens, & absoluta potestas. plures aliȩ rationes pro hac opinione adduci possunt, sed hæ sufficiant. Cap proprio. Tex. 79.

Secunda & tertia latinorum opinio de essentia, & natura materiæ. Cap. III.

C HOs autem arguunt latinorum aliqui quemadmodum est Scotus, & Henricus de Gandauo atq; prioribus duas oppositas tuentur conclusiones: altera etenim est sua natura & ex se materia est ens, & actus imperfectus: tamen cum existentia imperfecta quem vocant actum præsentiæ, & entitatiuum quo ipsa est extra suas causas extra nihil, & opus intellectus, de qua vt aiũt, potest verificari propositio trinaria quemadmodum materia est ens, altera autem materia potest separari, & esse sine forma quãuis posteriorem hanc assertionem tuentur non ex principiis Physicis. Sed nostri Creatoris potentia, aiunt id posse fieri, nihilominus multæ ponuntur rationes ab his quæ hic afferuntur ex medio Physic. vt latius infra patebit. priorem itaq; assertionem ita confirmant, Philosophus 1. de Ortu & Interitu, & 1. Physic. & 7. diuinorum, inquit, in ortu naturæ perpetuo aliquod corrumpitur, & aliquod generatur, vt terminus à quo interit: terminus vero ad quem oritur, quoniam ex opposito fit oppositum, quod vero sub vtrisque terminis est commune, est materia prima, hoc stante ita instatur, omne illud quod ȩque sub vtrisq; terminis permanet, & non corrũpitur: aliud est ab vtrisq; 2. S. nihilarum dist. 12. Tex. 23. Tex. 60. Tex. 22.
D terminis realiter habens entitatem, ab vtrisq; similiter differentem. atqui materia prima est commune subiectum sub vtrisq; terminis priuationis, & formæ æterna & in aliquo illorum non corrumpitur. igitur ab vtrisq; terminis formæ, & priuationis materia entitatem distinctam & per se habebit, maior & minor sunt propositiones, ex supposito manifeste adhuc, quod est principium entis realis est sua natura ens reale: sed materia est principium entis realis nempe compositi, igitur ipsa erit ens reale. adhuc si materia non haberet esse distinctum à forma, non daretur ortus, & mutatio substantiæ id quod consequitur, ita probatur, philosophus 5. Physic. inquit, generatio est mutatio de non subiecto in subiectum. igitur aliquod erit ens natura sua materia, quoniam ibi est aliquod aliter se habens. modò si in hac transmutatione, materia non est ens, generatio non erit de non subiecto in subiectum, nec corruptio de subiecto in subiectũ, quare non daretur mutatio substantiæ. rursus id quod sub vtrisque terminis oppositis manet sub oppositis diuersis vnum numero existens a mente non fabricatum, extra suas causas, habebit actum entitatiuum, & erit de se ens. at materia est huiusmodi, ergo materia sua natura est ens, & actus existens, & non à forma: maior apud hos ex terminis Tex. 7.

minis patet, minor autem probatur, quoniam materia nunc est sub forma, nunc sub priuatione formæ opposita à mente nostra nequaquam effecta, nec habens causam aliquam à qua sit producta, quia æterna, causam efficientem non habent, vt 4. Cœli, & 9. Diuinorum monet Auer. Igitur materia erit sua natura ens distinctum ab entitate formæ, & sua natura, actus existens imperfectus, quoniam non est à mente ficta, est extra causas suas, extra nihil. igitur ipsa erit in aliquo actu. alteram vero conclusionem materiam posse esse sine forma probant rationibus Theologicis, & Physicis. Theologicas autem bona fronte prætermittimus, cum præsens transcendat negocium. hoc enim institutum, & negotium suscepimus in Arist. doctrina, quare eas dūtaxat rationes afferamus, quæ naturæ principiis innituntur inter materiā (aiunt) & formam non est necessaria connexio, ergo forma potest esse sine materia. id quod consequitur, ita probatur, quoniam si necessaria esset materiæ, & formæ connexio, sequeretur quòd materia sibi aliquam determinaret formam indiuidualem, & nunquam ab illa discederet, adeo quod daretur aliquod compositum, sublunare ex materia quod sit æternū, quo nil absurdius in Arist. doctrina, rursus hæc sequela probatur. Illud quod determinat sibi genus formæ, determinat aliquam speciem : in illo genere, & quod determinat sibi speciem, determinat sibi aliquod indiuiduum sub illa specie. quoniam quicquid reperitur in genere, reperitur in specie, & in indiuiduo. omne enim quod est homo, necessario est hic vel ille homo. atqui materia si determinaret sibi formam in genere, nempe vt necessario sit sub forma in genere, ergo determinaret sibi necessario aliquam formam in specie, & per consequens in indiuiduo. igitur ipsa perpetuo foret sub hac solum indiuidui forma, quod valde absurdum est, quare non est connexio necessaria, inter materiam & formam. potest igitur esse materia sine forma. rursus quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti, contingenter se habet ad genus illud absolutum. patet hæc ex terminis, quoniam genus nil aliud est, nisi specierum collectio. at materia contingenter se habet ad hanc & illam formam, quoniam potest esse sine hac & illa forma, ergo contingenter se habet ad omnem formam, & per consequens absque omni forma potest esse : confirmatur quod competit alicui per se, & omni competit, sed materiæ competit per se esse sine hac forma. igitur sine omni forma, minor propositio ex Arist. 7. Metaph. Rursus ea quorum vnum habet esse distinctum à reliquo, potest esse sine illo, quoniam entitas sequitur existentiam, vt infra videbimus : materia autem citra formā habet esse per se, vt probatū est. igitur potest existere sine forma. Amplius omne prius potest esse absque suo posteriori 5. diuinorum. materia autem prior natura est ipsa forma quāuis perfectione posterior 1. de Partibus. Adhuc, quæ separantur ratione, separantur esse, quoniam ratio esse ipsum sequitur : materia separatur à forma ratione 2. Physic. igitur inesse potest separari materia à forma. Hos autem arguunt, iuniores nonnulli latini, & inter has extremas positiones, vt aiunt, mediam sententiam tenent. confitentur ipsi materia natura sua aliquam entitatem positiuam & ex se habere, esse essentiæ, & secundum hoc esse essentiæ, nullo modo pendet à forma in aliquo causarum genere, & sic (vt aiunt) concordant cum Scoto. esse autem existentiæ omne quodcūq; sit, siue perfectum, siue imperfectum ex se materiam non habere, sed mutuari ab ipsa forma, qua ratione materia & forma sunt correlatiua quoad existentiam, quoad essentiam autem nequaquam. atq; ita contra hanc posteriorem sententiā insurgunt : non magis forma materialis, & ducta de potentia materię pendet ab ipsa materia, quàm materia, à forma. atqui formam materialem secundum Peripateticos habere esse existentię, independens esse à materia implicat contradictionem. igitur materiam habere aliquod esse, & non à forma, implicat contradictionem quare ex se nullum esse habebit materia. Amplius omnis effectus denominatiuus alicuius rei reducitur ad aliquod tale per essentiam, sed esse existentiæ est effectus denominans omnes res : igitur reducitur ad aliquod tale per essentiam. tunc quęrunt aut illud est materia, quod fieri nō potest, quoniam tunc compositum per se haberet esse à materia, contra Philosophum 7. diuinorum. igitur erit forma, & sic habetur id quod quæritur, omnem existentiam habere materiam ab ipsa forma. Demum si materia existeret & non per formam, forma existeret, & non per materiam. nō enim est maior ratio de vno, quàm de altero. præterea omnem entitatem possibilem & potentialem habet forma à materia, è cuius gremio ipsa est educta. igitur omnem entitatem actualem habet materia à forma, alioqui plus forma dependeret à materia, quam è contra, quod valde absurdum est, quoniam ipsa sunt correlatiua. 2. Physic. quorum non magis dependet reliquum à reliquo, quàm è contra. arguunt rursus contra singulas rationes Scoti, illasq; retorquent :

contra

Marginal notes: Com. 1. cap. de necessario. — Tex. 22. — Cap. de priore. Cap. 1. — Tex. 12. — Tex. 22. — Tex. 28.

Margin letters: E, F, G, H

A contra ipsum Scotum, sed nostrum institutum est veritatem Peripateticam declarare, & horum iurgia & conuitia potius quàm disputationes illis dirimenda relinquere. non enim me latet alios qui in verba Scoti iurarunt, atque ipsum contra hos tueri, quę rixæ, à veritate semper mihi alienæ visæ sunt: nostrum igitur negotium prosequamur. confirmatur ab aliis hæc positio, inter has extremas media, autoritate Boetij, in libro de Vnitate,& Vno, quod omne esse in rebus de nouo productis, & ab ipsa forma & philosophi formam describentes esse, est existentia in materia, quo dicto, intelligimus Boetium locutum fuisse de quolibet actu, & esse tum perfecto, tum imperfecto: quare omne esse est à forma & materiæ sua natura nullum competit esse. Adhuc in via Peripatetica entia non sunt multiplicanda absque necessitate, quare si saluare possumus materiam, & compositum eodemmet esse existentiæ existere, quibus per participationem competet: quod acquirant à forma, cui sua natura, & per essentiam esse & existere competit, quare Philosophus dixit formam 7. Diuinorum esse magis substantiam quàm materia, & compositum. hancmet sententiam hi Auer. ascribunt 2. de Anima, & 1. cap. de Substantia orbis, multis aliis in locis qui ab illis petantur, *Cõm. 2. & 7.*
B quæ autem sit horum opinio ex dictis manifesta est.

Num essentia differat ab existentia varia opinio Latinorum. Cap. IIII.



IRVM profectò, mirum videri debet, vt qui ? tot celeberrimos viros huius prę̨stantissimæ difficultatis sententia, & radix latuerit, inquam, quidem si prospexissent, huius quæstionis veritatem vidissent, tota etenim sententia propositæ ambiguitatis ex hoc pendet, num scilicet essentia ab ipsa existentia alia sit. si enim idem essent, cui dubium materię existentiæ actum condonandum esse? est enim sua natura ens: sin autem alia sit essentia, ab existentia, vtique defendi posset horum positio, qui asserunt esse materię, sua natura, & non à
C forma competere: existere autem omne esse à forma. Nos autem qui sententiam quęstionis, & fundamentum, hoc esse intelligimus, operæpretium duximus, hanc aliam difficultatem aggredi, num scilicet essentia differt ab existentia, è cuius solutione superioris difficultatis, veritas habebitur, quod quidem ab Arist. in 1. de Ortu & Interitu obseruatum legimus. Rem ergo ipsam aggredientes, consueta Philosophorum via, prius scilicet aliorum referamus opinionem: mox quid nos sentimus. nonnulli igitur, vt Scotus, asserunt existentiam, proprietatem quandam esse ipsius essentiæ, vti risibilitas, ipsius hominis. quæ sen- *3. sent. dist. 3. q. 6.* tentia à Scoto confirmatur multis rationibus: quæ quoniam ex principiis Physicis nequaquam ratiocinantur, prætermittendæ sunt: eius tamen asseclæ ita hāc opinionem tuentur: quęcunque sunt aliqua duo, & essentialiter ordinata, & realiter distincta, prius potest esse sine posteriore, at essentia non potest esse sine existentia, igitur essentia & existentia idē sunt. maior ex 5. Diuinorum colligitur, minor probatur, quoniam essentia particularis, quæ verè *cap. de priori.* est essentia, non potest esse sine existentia, quare nulla essentia erit sine existentia: quemadmodum etenim non datur qualitas, quæ intendi & remitti potest sine intentione & remis-
D sione, ita nec essentia sine existentia, quoniam est proprietas intrinseca necessario essentiam consequens. Rursus essentia & existentia habent idem contradictorium, ergo non sunt realiter distincta. antecedens manifestum est: nihil enim est quod corrumpit essentiam, quod non corrumpat existentiam vel è conuerso: id autem quod consequitur, hoc modo probatur. Quę enim eodem ortu oriuntur, & eodem interitu occidunt, eadem sunt, ex 2. Physi. *Tex. 85.* prę̨terea si essentia & existentia differunt realiter, ergo in quolibet ortu substantię essent duo termini (vt loquuntur) totales, & duo termini formales: consequens autem fieri non potest, quod consequitur. probatur, duobus prius susceptis fundamentis, alterum est compositum esse per se vnum, ex per se actu, & per se potentia, ex 8. Metaph. vbi nullam philosophus *Tex. 15.* aliam cognouit causam cur ex materia & forma fit vnum: nisi quia hoc potentia, illud verò actus. alterum verò est, existentia est per se actus, essentia per se potentia, ex quibus sequitur id quod resultat ex esse & essentia per se fore vnum. hoc dato, sequitur quod erunt duo composita per se vnitatem habentia, quorum alterum erit compositum ex materia & forma, alterum verò ex esse & essentia, & cum vnumquodque natum sit terminare vnam generationem,

igitur in ortu ſubſtantiæ erunt duo termini totales, quare habetur primum abſurdum. probatur nunc reliquum abſurdum, quod ſcilicet erunt duo termini formales, ſcilicet exiſtentia, & forma ſubſtantialis, eo modo quo aliquid generatur, eo modo eſt, ſed per ſe ipſum compoſitum non generatur per eſſe, ſic quod eſſe ſit terminus generationis, ergo non habebit eſſe per ſe ipſum eſſe, conſequens eſt falſum, ergo altera præmiſſarum : non maior, igitur minor. Adhuc exiſtentia & eſſentia ſit per ſe vnum, ergo datur proceſſus in infinitum in eſſentiis, conſequens eſt impoſſibile: ergo & antecedens: quod autem antecedens eſt, ex præcedente ratione patet. Alię autem ab his rationes in medium afferri ſolent, ſed hę potiores ſunt, atque maiorem vim præ cæteris habere videntur. Hos autem arguunt poſteriores aliqui latini, atque aſſerunt eſſe & exiſtere nomina eſſe ſynonima, & grammaticali voce, (vt aiunt) duntaxat differre, vt eſt, ſum, & exiſto. notum ſimiliter hoc facit ex Auer.1.Phyſic. aſſerente eſſe non prædicatur de aliquo per accidens: dicere enim aliquod eſſe non eſt prædicatio per accidens. aſſignat vlterius duo quæſita, vt ſi eſt, & quid eſt, ad vnam naturam pertinere, ſcilicet ad quidditatem rei, de quo latius infra. tertia autem eſt opinio iuniorum latinorum, qui aſſerunt eſſe & exiſtere non eſſe nomina ſynonima, nec quęſitum ſi eſt, & quid eſt ad eandem quidditatem pertinere, quemadmodum poſteriores hi latini aſſerebant. Nec exiſtentiam inſeparabilem eſſe ab eſsentia, vti ſuperiores latini affirmabāt, ſed mediam poſitionem tenent, & contra priores ita inſurgunt. Illud, quod eſt de intrinſeca ratione alicuius, non poteſt nec intellectu ab illo ſeparari, ſed quidditas poteſt intelligi ſine exiſtentia, igitur exiſtentia non eſt de ratione intrinſeca ipſius quidditatis. ſecunda propoſitio ita monſtratur, definitiones & demonſtrationes, abſtrahunt ab exiſtentia. & duntaxat eſſentiam ſpeculantur, vt 7. Diuinorum patet. Hęc autem opinio veteris eſt expoſitoris latini B.Thomę. Ab his verò qui eius doctrinam, merito magnifaciunt, ita probatur, omnis eſſentia creata habet aliquid ſibi realiter coniunctum, pręter ſuum eſſe, nullum eſſe in receptum, habet aliquid ſibi annexum pręter ſe, ergo nullum eſſe in receptum eſt eſſentia creaturæ, & per cōſequens eſſe & eſſentia non ſunt idem, maior eſt per ſe nota. Sortes enim pręter ſuum eſſe habet quantitatem & albedinem. minor declaratur, quoniam vt affirmatio eſt cauſa affirmationis, ita negatio cauſa negationis. ſed præciſa cauſa, quare eſſe habet aliquod præter ſe annexum eſt, quia eſſe eſt receptum in alio in quo poteſt recipi aliud. quod patet ex hoc eſſe ſubſtantiæ Sortis, & eſſe album nulla alia ratione adunantur, niſi quia vtrunque recipitur. Sunt enim tantum vnum ſubiectum. cum ergo eſſe non erit receptum, non remanebit aliquis modus, quo poteſt habere aliquid ſibi annexum. Confirmatur hoc, quia eſſe ſubſtantiale Sortis, aut adunatur cum aliis præter ſe identice (vt referam verba iſtorum) & hoc eſt manifeſte falſum : eſſe enim ſubſtantiale Sortis, non eſt eſſe album, aut ſicut potētia & actus, ita quòd eſſe ſubſtantiale ſit potentia, & accidentale actus eius, & hoc nec poteſt eſſe verum, quia nullum eſſe actualis exiſtentiæ poteſt poni ſubiectum alterius cum ſit vltima actualitas: remanet igitur quod ea ratione adunentur, quia ambo recipiuntur in tertio : & ideo ſublato hoc ab ipſo eſſe actualis exiſtentiæ quod ſit, ſcilicet receptum, aufertur etiam quod poſſit habere aliquid ſibi annexum, & hoc etiam per Boetium confirmari poteſt: libro de hebdomātibus, nempe ipſum quod eſt aliquid, habet ſibi præter ſe coniunctum : ipſum autem eſse nihil, & hæc ſunt illorum verba : aliæ autem rationes ab illis petantur, quare tres in hac ambiguitate, ſunt philoſophantium ſententię : aſſerunt enim nōnulli, quemadmodum Scotus, exiſtentiam eſſe idem cum ipſa eſſentia ſubiecto duntaxat: proprietatem eius vti riſibilitas ipſius hominis ab ipſa eſſentia inſeparabilem, alij verò eſſentiam & exiſtentiam eandem penitus naturam ſignificare aſſerunt, & nomina eſſe ſynonima : alij verò ab vtriſque diſſentientes exiſtentiam aliam eſſe ab eſſentia autumant, & ab illa ſeparabilem, quo fit, vt multa habeant eſſentiam quæ non habent exiſtentiam, ſed iſtorum philoſophantium ſententiæ à veritate longe remotæ ſunt.

Marginal notes: Cōm.27. — 2. contra Gen. c.52. — Cap. 3. propoſitione 4. — E — F — G — H



A

Refelluntur opiniones latinorum de essentia & existentia. Cap. V.



INT autem duæ assertiones, aduersum superiores latinos, altera existentiam, nequaquam fore substantiæ, & essentiæ, proprietatem, vti latini priores crediderunt, si hoc enim esset, illud sequeretur absurdum vt omnis essentia sit composita : quod in Arist. Philosophia valde absurdum est: Arist. enim. 12. Metaph. abiunctas mentes simplices substantias, actusq; purissimos cum sint perpetuo mouentes, atque in illis non differre esse à posse. 3. Physic. quod quid autem idem est etiam in illis cum eo cuius est quod quid 3. de Anima Id autem quod consequitur probatur præter suum esse illud adueniens, aliud est ab ipso esse, cui aduenit atqui omni essentiæ, per hos aduenit existentia, quoniam existentia proprietas est B necessaria, insequens essentiam : non tamen est essentia, ergo omnis essentia esset composita. Adhuc 7. Diuinorum, in æternis esse & existere idem sunt, in his autem inferioribus esse longe differt ab existere. Demum rosa in hyeme habet esse in causis suis, nequaquam tamen existit. igitur falsa est eorum positio, quòd existētia necessaria sit proprietas insequens essentiam. altera autem assertio : contra posteriores latinos, existentia realiter haud differt ab essentia, Auer. enim 3. Diuinorum esse, inquit, habente denominatum, modo constat denominans se non differre à denominato, vt in Categoriis Arist. declarauit. Adhuc si hoc esset verum, tunc contradictoria medium paterentur, inter enim actum primum, & secundum substantiam & accidens id quod sequitur probatur. Philosophus 2. de Anima duplicem dūtaxat actum cognouit, primum quem formam substantialem nuncupauit, secundum vero actum, quem operationem formæ voluit. hæc autem existentia, quam isti ab essentia diuersam volunt, aut idem est, quod actus primus, & sic habetur quod intendimus, quod existentia ab essentia nō differt. vel est actus secundus : & sic erit operatio, quare non erit actus distinctus à primo, vt ipsi fatentur, & præcedens operationem, quare nunquam posuit Arist. actum hunc mediū, C quem isti contendunt, qui est effectus formæ & principium operis, idem enim est formam esse in materia & compositum esse. nam per esse intelligitur etiam compositum. Rursus aliud absurdum probatur, q inter substantiam & accidens dabitur medium, quoniam esse substantiæ, non est apud hos substantia nec enim materia nec forma, nec compositum est quemadmodum & ipsi concedunt, nec est accidens, fieri enim non potest vt substantia existeret existentia quæ est accidens, quare non est verum existentiam re ab ipsa essentia differre, nec tamē alios latinos probamus, & si hos refellimus nomina esse sinonyma, & voce grāmaticali differre esse & existere. Hi enim cum hæc proferant, in apertissimo sunt mendacio. philosophus siquidem 7. Diuinorum, asserit definitiones, & demonstrationes abstrahere abexistentia, & si includant essentiam, quare essentia & existentia idem non est. Item 3. de Anima vult in his in quibus est materia differre esse ab existere, quod totum ibi Auer. planum fecit. Ad hæc. Id quod ab alio esse habet, de illo ens prædicatur, sed nequaquam existere, vt rosa in hyeme ens quidem est, existens in suis causis. existere autem non habet quare existere & esse realiter D & sinonyme idem non sunt, quare vanæ sunt horum philosophantium sententiæ. reliquum est prius aliqua esse suscipienda, demum de hac re nostram opinionem declarare.

Tex. 30. *Tex. 32.* *Tex. 10. et 14.* *Tex. 49.* *Tex. 15.* *T. 53. 57. 58.* *Cōm. 5.*

Opinio propria, num essentia differat ab existentia. Cap. VI.



VORUM primum est: rerum aliæ apud Arist. sunt æternæ, aliȩ autem quæ oriuntur, & intereunt rerum rursus æternarum aliæ quidem substantiæ, aliȩ autem accidentia, vt motus, & ipsa dimensio. æternarum autem adhuc substantiarum aliæ secundum se totas & partes æternȩ, vti Deus: abiunctæ mentes reliquȩ, & corpora in gyrum lata. aliæ autem secundum totum perpetuæ secundum vero partes corruptibiles, vti elementa quatuor sublunaria, & species, aliud vero suscipiendum est apud Arist. omnes æternas substantias quacūque æternitate causa efficiente vera prorsus vacare, quemadmodum testatur Auer. 4. Cæli, & 5. Diuinorum, & ante illum Alexander : referēte Simplicio 2. & 8. Physic. & 1. Cōm. *Cōm. 1.* *cap. de necess.*

 de Cœlo

dę Cœlo. æterna igitur cuncta necessaria sunt natura sua: alioqui forent & non forent: vt in 1. de Cœlo deducit Arist. Quare illud esse à nullo mutuantur, sunt extra causas dantes illis esse extra mentis nostræ operationem, cuncta tamē agunt propter primum finem: vt 2. de Anima & 2. Cœli ab Arist. planum fit. Hoc autem nunc suscipiatur: in disceptatione autē de creatione à me fusius demonstratum. vlterius accipiendum est, illa dici dūtaxat habere essentiam, & non existentiam, de quibus potest ens prædicari, quod ad ea, quæ sunt in potentia etiam extenditur, rosa autem tempore hyemis existens in suis causis, ens est, nihilominus de ipsa existentia, non potest verificari, quoniam hucusquē non existit, & causa indiget, ob quam illa sit. Cum autem ad actum agentis opere ducta est, vere existere dicitur, quoniam causa vt ipsa sit, & à qua habet esse, non amplius indiget, quare illa dicuntur essentiam, & existentiam habere, quæ extra causas quidem suas sunt, atq; sua natura existere possunt, quare quæ habent essentiam, & existentiam simul æterna sunt, quæ causa vacant, & sua natura necessaria sunt, quod Arist. 7. Diuinorum & in 3. de Anima declarauit. Accipiendum est rursus aliud duplicem esse rei existentiam, alteram quidem rei particularis, & corruptibilis, vt Socratis, & Platonis, quę à nulla arte consideratur, atq; hoc modo locutus est Arist. 7. Diuinorum, ab hac particulari existentia demonstrationes, & definitiones esse remotas: altera est rei vniuersalis, & ęternę existentię, quę idem est cum ipsa re ęterna & vniuersali. à qua quidem existentia non abstrahunt demonstrationes, & definitiones. quę quidem omnia his verbis Arist. nos docuit in 3. de Anima. In ęternis, inquit, idem est carnis esse, & carnem esse, hoc est esse, & existere: in corruptibilibus autem & particularibus, differt carnis esse, & carnem esse. hoc est esse ab ipso existere. indigent enim particularia corruptibilia agente causa. quo fit vt distinguatur esse in illis, ab existere. in ęternis autem omnibus cum causa agente non indigeant, nec aliqua causa à qua habeant esse dependant: quo fit, vt esse in illis idem sit cum existere, quę omnia in 3. de Anima Cóm. cum expositione magni Simplicij in lucem à nobis nunc mittendo, abunde satis docuimus. His ita iactis fundamentis: veritas difficultatis clara est, in omnibus siquidem ęternis tum secundum totum, tum secundum partes esse non differt ab existere, sed idem penitus est, quoniam omnia ęterna causa vacant: à qua habent esse, & sua natura, entia necessaria sunt, nec apud Arist. claudunt principium aliquod, quo possint esse, & non esse, quare cum habent esse & non ab alio, existere nec ab alio erit. quare in illis idem penitus sunt esse, & existere: corruptibilia vero singularia cum non vacant agente, à quo habent esse, & claudunt materiam, qua aliquando non existebant, nec aliquando existent, tametsi in potentia aliquando fuerunt, in illis esse ab existere longe differt, atq; hoc est quod Auer. 2. Physic. manifestum fecit, esse (inquit) & existere non prædicantur per accidens, quare cum materia prima habeat sua natura apud hos esse distinctum ab esse formę, & omnes velint nolint, concedere debent, quoniam materię est pati, formę autem agere, ex 1. de Ortu & Interitu, vnde si caliditas esset à materia separata ageret vtique, & non pateretur. Idem 9. Diuinorum in definitione cuiuscūq; potentię passiuę, sumitur potentia passiua prima materia, quemadmodum in definitione cuiuscūque formę sumitur definitio potentię actiuę, primę formę, quare esse materię cum sit pati, longe differt ab esse formę, cum sit agere, quare & existere materię, longe differre debet ab existere formę. hoc ergo modo contra hos ratiocinamur, materia habet esse distinctum à forma vt per hos dicitur, & etiam probatum est, ergo habet existere ex se, & non à forma. probatur consequentia, quia esse & existere in ęternis, idem est. Quare hoc erat prius ab his philosophis examinandum, mox autem ad reliqua proficiscendum. si enim in ęternis differret esse ab existere, vtique probabilis esset eorum positio, qui asserunt materiam ex se habere esse verùm non existere, at quoniam probatum est: in æternis omnibus, esse atque existere, idem esse. igitur & materia prima sua natura est, & non à forma, & existit existentia, tametsi imperfecta vti latius infra explicabimus, & non à forma. sed multa sunt, quæ nostram sententiam labefactare videntur. primum est, quod illud sequeretur absurdum, vti demonstratio à signo. quam quia demonstrationem nuncupant, concluderet substantiam, atq; quæsitum substantiæ absolueret, cuius tamen oppositum 6. & 11. Metaph. Arist. manifestauit, quod consequitur, hoc modo probatur. demonstratio à signo, concludit existentiam rerum æternarum, vti materiæ primæ ipsius ignis, & Dei benedicti: sed existentia idem est, quod substantia apud nos in æternis. igitur demonstratio à signo, substantiam concluderet & absolueret. confirmatur ex Auer. 2. Analitic. Posteriorum: existentia, inquit, quę demonstratione à posteriore absoluitur, accidens est. igitur in æternis existentia, & substantia

Marginal notes: Tex. 34. Tex. 17. Tex. 53. Tex. 10. Tex. 17. Tex. 55. Tex. 2. Tex. 1. Cap. 3. Cóm. 33.

Marginal letters: E F G H

A stantia nequaquam idem erunt. Amplius quæstio an est, & quid est idem essent, quoniam ambæ quæsitum substantiæ absoluerent, si modo existentia in ęternis idem esset quod substātia, oppositum tamen ab Arist. 2.Poster.Anal.habetur. vnde quatuor numero voluit esse problemata, atq; adinuicem distincta. Quare existentia, non idem erit quod essentia in ęternis, quemadmodum nos opinamur, nec tamen probamus, quòd aliqui ex latinis dixerunt, scilicet quęstio an est,& quid est,idem sunt.nam ambę quęstiones quærunt quiditatem & substantiam rei : sed differunt penes hoc. quęstio nāque an est, pertinet ad quiditatem rei vniuersalem, & dicitur prima, quia vniuersalia sunt nobis notiora,& particularis cognitio vniuersalem pręsupponit ex 1.Phys.quęstio vero quid est, ad particularem rei cognitionem spectat, quare per proprium genus & propriam differentiam conficitur. at hoc est aiunt, quod 15.Diuinorum dixit Auer.ponens diuersitatem expositorum in quęsito simplici,s.an si aliqui, inquit, expositores collocarunt ipsum problema an est,in quæstionibus accidentis,quemadmodum fuit Auicennas, aliqui ipsum collocarunt in quęstionibus generis, & est opinio Arist. quā sequitur Auer.Hęc (inquam) nullo pacto probamus:quoniā Philosophus ait 6.& 11.Di- *Cōm.14.*
B. uinorum locis citatis : demonstrationem non esse substantię, sed accidentis dūtaxat. modo cum quæsitum an est,absoluatur demonstratione vti 2.Poster.clarissime ab Arist.& Auer.habetur, ergo quæsitum an est, non potest quęrere substantiam, vt ipsi affirmant. vlterius Arist. 2.Poster.multis quidem rationibus,docet definitionem esse substantię: demonstrationem vero accidentis.quod totum confirmauit Auer.1.& 2.Poster.demonstrationem esse propter definitionem tanquam accidens quod absoluitur demonstratione reducatur ad substantiam & gratia eius sit,quę venatur definitione. quare definitio longe ipsa demonstratione pręstantior apud Auerroem iure concluditur. si ergo quęsitum an est, ad ipsam substantiam & quiditatem rei pertineret : tunc demonstratio absolueret substantiam, nec demonstratione foret præstantior definitio, quæ omnia ex retrodictis falsa sunt. Nec discrimen illud inter problemata illa si est,& quid est,probamus.legimus enim in Arist.multotiens quęsitum quid est,ad rem vniuersalem etiam pertinere, quemadmodum Auer.docet, contra Themistium 4.Cœli. Clarius autem in summa secunda, inquit, quod est differentia inter simplicia & composita. *Cap.3.& 4.* *Com.11.* *Com.1.* *Com.22.*
C nam simplicium causæ sunt simplices, & tales sunt etiam proprię causæ. nam in simplicibus non inueniuntur, nisi causę vniuersales tantum, & hæ sunt sibi etiam causæ propriæ.in compositis verò causæ propriæ sunt res additæ causis simplicibus, & vniuersalibus. & ideo ad illorum notitiam non satis est : causas vniuersales exponere, & proprias negligere, quare si horum positio esset vera : tunc de rebus simplicibus, in quibus quidem nō adsunt nisi causę vniuersales, non formarentur ambæ istæ duæ quæstiones, scilicet an est, & si est, sed solum valerent formari, de rebus compositis in quibus aliæ sunt causę propinquę à remotis. hoc autem falsum est, vt ex adductis Auer. sententiis patet. Quare alio modo soluendæ sunt difficultates quæ nostram sententiam infirmare quadantenus videntur. accipiendum est autem quòd alia est existentia quam in demonstratione concludimus, ab illa,quam diximus cum ipsa essentia conuerti,vti Auer.in 8.disput.contra Algazelem his verbis. Id nāque quod procedit in scientia nostra, quiditatem rei, est id quod significat esse verum : & ideo quando petimus si res est ens, vel si habet esse, & illa res habet causam inferentem suum esse,tantum valet quantum dicere vtrum habet causam vel non, vt patefecit Arist. in principio secundi *in solutione primi dubij.*
D libri Poster. sed si illa res non habet causam, tantum valet, quantum dicere vtrum res habet consequens inferens suum esse : & quando intelligitur de ente id quod intelligitur de re vel substantia,tunc sumitur modo generis analogice dicti, ex quibus Auer.verbis liquido constat quod qō an est,significat propositionis veritatem,quod quidem esse,quod in veritate propositionis est, est accidens, quoniam quando an est, quærimus, nihil aliud est,quærimus, nisi an res illa habeat effectum inferentem rem illam esse,vt quando quęrimus an est Deus, nil aliud quęrimus nisi an sit aliquis effectus in mundo, ex quo posset inferri Deum esse, quare hęc existentia effectus ad causam quę absoluitur ab ipsa demonstratione merito est accidens, & potest nouo quidem vocabulo, sed rei valde congruo, hęc existentia quæ demonstratione absoluitur, vocari existentia veritatis propositionis. illa autem existentia, quā nos dicimus, apud res ęternas idem esse cum ipsa essentia, est existentia realis, quæ vocari potest existentia rei. differunt vlterius, quoniam existentia quæ demonstratione absoluitur, est respectiua vel causæ ad effectum, vt in demonstratione à priori, vel effectus ad causam,vt in demonstratione à posteriori : existentia verò quę cum essentia idem est, est simplex, vti essentia ipsa simplex est.

plex eſt differunt tertio, quoniam exiſtentia quæ demonſtratione abſoluitur, eſt in ſecunda E
mentis noſtræ actione atq; compoſita; exiſtentia verò quæ eſſentiæ idem eſt apud res ęternas,
ſimplex eſt, atq; in prima mentis noſtrę actione, quare priores difficultates ita diſſoluuntur.
concedimus enim exiſtentiam quę demonſtratione abſoluitur, accidens ſit: non tamen illa-
Com. 3. met exiſtentia eſt, quæ cum rebus æternis eadem eſt. Diſcrimina verò quatuor quæſitorum
ad inuicem, & ab ipſo topico petenda ſunt ab Auer. 2. Poſter. exactior tamen horum co-
gnitio in 2. Analit. Poſter. à nobis declarata eſt. ſat eſt autem in præſentia difficultates aliquas
ſoluiſſe, quæ videbantur noſtram ſententiam labefactare, & infirmare.

Reiiciuntur poſitiones latinorum de eſſentia, & natura materiæ. Cap. VII.



His quidem viſis ad principale inſtitutum reuertamur, & videre oportet nũ latinorum ſententiæ de eſſentia, & natura materiæ primæ Ariſtoteli & veritati ſint conſonæ: ſingulas illorum ſententias examinare, & librare: pro veritate aſſequenda competit, & vt à celeberrima latinorum ſententia incipiamus, fieri non poſſe aſſerimus: omne eſſe & exiſtere quodcunque ſit illud ſiue perfectum, ſiue imperfectum (vti Latini fingebant) materiam à forma mutuari, quare aſſerimus quemadmodum etiam ſupra docuimus: materiam ſua natura eſſe & exiſtere, & non à forma habere. cum enim ipſa principium ſit per ſe neceſſarium, & æternum à mente noſtra nequaquam effectum: nulla indiget cauſa, quoniam materia eſt æterna, quod ita probamus: quemadmodum materia ſe habet vt ſit principium, ita ſe habet, vt ſit 1. Phyſic. atqui materia ſua natura, per ſe principium omni enti naturali eſt, & aliud à forma, vt ex 1. Phyſic. patet: ergo natura ſua eſt materia, & longe diſtinctum eſſe habet à formę entitate: quare habebit, & natura ſua exiſtere, & non à forma: quoniam eſſe, & exiſtere, vt probatum eſt in æternis, quemadmodum eſt materia, idem eſt. Adhuc aut materia eſt actu materia, aut potentia materia. ſi primum dabitur, habetur propoſitum: non ſecundum, quoniam quod eſt potentia tale non eſt tale, vt Socrates, potentia Socratis non eſt Socrates: quare ſi materia eſſet potentia materia, materia non foret. Aliud & longe maius eſſet abſurdum, ſi materia eſſet potentia ad ſuum eſſe, aliam materiam præſupponeret: quemadmodum 1. Phyſic. deducit Philoſophus, ſimiliter eſſet antequam fieret, & corrupta foret antequam corrumperetur, ſimiliter abitio eſſet in infinitum in ipſis materiis primis. Rurſus illud quod eſt cauſa, vt aliquod ſit, de ſe eſt aliquid, quia nihil eſt, quod det aliquid, quod non habet, atqui materia cauſa eſt vt priuatio ſua natura non ens, ſic per accidens ens, vt 1. Phyſic. Cuius beneficio materia ens per ſe, per accidens non ens: ergo materia ſua natura habet eſſe & non à forma: per conſequens exiſtere, cum idem ſit in illis æternis eſſe & exiſtere. Ad hęc nullum reſpectiuum eſt de quiditate rei abſolutæ, atqui materia eſt ſubſtantia abſoluta: potentia verò reſpectiua, igitur non erit quemadmodum fingunt materia pura potentia, ſed ex ſe habebit eſſe, & non à forma. ſecunda propoſitio ab Ariſt. in 9. primæ Philoſophiæ manifeſta fit: cum aſſerat potentiam actiuam perpetuo reſpicere paſſiuam & è conuerſo. Rurſus quodlibet accidens eſt in ſubiecto, quod eſt in actu, ex 1. de Ortu & Interitu: generatio eſt accidens, quoniam eſt motus pro pręuia diſpoſitione generationem capiendo, vt 6. Phyſi. Auer. declarauit, ergo ſubiectum generationis debet eſſe in actu, modo huius generationis ſubiectum eſt materia prima: quare ipſa materia prima erit in actu. ſecunda propoſitio huius pro ratiocinij ex 5. Phyſic. liquido conſtat. Demum ſi materia omne eſſe haberet à forma, ergo interiret ad interitum formæ atque oriretur ad eius ortum. Quare materia apud Ariſt. non foret æterna: id autem quod conſequitur, ita probatur. Deſtructa & ablata cauſa formali à quo prouenit eſſe deſtruitur, & aufertur illud eſſe, ſed eſſe materiæ per hos totum eſt à forma: igitur forma ablata, & deſtructa, materiam auferri & deſtrui neceſſe eſt. Præterea omnis potentia fundatur in ſubiecto in actu, atqui materia eſt ſubiectum potentiæ, ergo ipſa eſt in actu ſaltim imperfecto: vti poſtea demonſtrabimus. prima propoſitio ex 3. Cœli apud Auer. patet. Ens, inquit, in potentia fundatur in ente in actu. Adhæc omne æternum habet eſſe ex ſe, quoniam eſt neceſſarium, & non ab alio, 4. Cœli, & 5. Diuinorum apud Auer. legimus: materia autem apud Ariſt. eſt æterna, & neceſſa-

Margin notes: F (beside "ritati ſint conſonæ"); Tex. 66. (beside "ita ſe habet, vt ſit 1. Phyſic."); Tex. 68. (beside "eſt, & aliud à forma"); G (beside "aut materia eſt actu materia"); Tex. 80. (beside "cidens ens, vt 1. Phyſic."); Tex. 3. (beside "Ariſt. in 9. primæ Philoſophiæ"); H (beside "cere paſſiuam & è conuerſo"); Com. 32. (beside "generationem capiendo"); Tex. 10. (beside "erit in actu. ſecunda propoſitio"); Tex. 29. (beside "ſtrabimus. prima propoſitio"); Com. 1. et cap. de priori. (beside "alio, 4. Cœli")

A & necessarium ens, quare habebit esse ex se & non à forma. Rursus omne illud quod est duorum oppositorum terminorum receptiuum idem numero manens. vti à quo & ad quē, non habet esse ab aliquo terminorum, sed natura sua est ens. atqui materia receptiua est duorum oppositorum terminorum, quemadmodum termini à quo & termini ad quem, eadem numero sub vtrisque manens, ergo à nullo illorum esse recipit, sed sua natura est ens, & existit. maior eo manifesta est, quoniam si ab aliquo termino esse illud subiectum haberet, sub opposito illius termini nunquam substaret. quod totum manifestum Arist. reddidit in categoriis: cum substantiam solam contrariorum susceptibilem asserebat: ex eo, quod ipsi nihil esset contrarium, vti perbelle Ammonius ibi notauit. Secunda autem propositio ex toto processu 1. Physi. & in initio 2. de Ortu & Interitu manifesta est. Ad hæc aut materia est potētia respectu sui, aut respectu formarum recipiendarum (tametsi respectu sui non potentia, sed actu sit) si primum dabunt, materia nihil erit. pura enim potentia est absentia omnis entis. vltra nec ipsa materia foret materia: potentia enim tale non est tale, si secundum: habetur id quod quærimus, quare erit materia sua natura ens, & non à forma. Ad hæc, omne æternum respectu suę essentiæ caret potentia. materia autem apud Arist. æterna est, igitur respectu suæ essentiæ caret potentia, sed actu erit. Secunda propositio ex 9. Diuinorum manifesta est. Demum circunscripta opere intellectus à materia omni forma, tunc quæritur aut materia erit actu, aut potentia. si primum dabitur, habetur propositum: secundum esse non potest: quoniam omnis potentia 9. Diuinorum relatiua est. sed suppositum est materiam absolute considerari circūscripta scilicet omni forma. Rursus si materia totum esse à forma haberet, vt ipsi fingunt, tunc non essent rerum naturalium duo intrinseca principia, sed vnum duntaxat, forma scilicet, quod valde absurdum est. Id autem, quod consequitur, hoc modo probatur. Sola enim forma à qua per hos esse materiæ prouenit, pro principio rerum natura constantium sufficeret, quare nec duo principia rerum naturalium intrinseca forent. Ex dictis ergo manifestum est eorum positionem non esse Aristoteli, & veritati consonum. Tum eorum, qui asserunt omne esse & existere materia à forma mutuari, tum etiam eorum qui asserunt existere omne materiæ à forma esse: tametsi esse materiæ sit ex se. contra enim hos posteriores qui mediam positionem tuentur, Latinos, ita instamus, materia sua natura habet esse, & non à forma, quare & existere, quoniam esse & existere, in æternis omnibus idem esse supra docuimus. Prima autem propositio per illos patet, qui concedunt sua natura & non à forma, materiam esse, quare horum positiones falsæ sunt, nec tamen Scoti sententiam totam probamus. & primo distinctionem illam de duplici potentia obiectiua, scilicet & subiectiua, non esse Peripateticam dicimus. apud Arist. enim cuicunque potentię passiuæ correspondet actiua, & è conuerso. Nono primæ Philosophiæ. quare hæc potentia, quam ipse fingit, obiectiua vel erit passiua, vel erit actiua, non primum: quoniam repugnat actui pati 1. de Ortu & Interitu. si actiua, igitur ei debet correspondere passiua, quare vana est apud Arist. hęc potentia obiectiua. quicquid enim apud Arist. est possibile ex parte agentis, est etiam possibile ex parte passi. nullam enim ex nihilo productionem siue æternam, vt Latini aliqui fingunt, siue nouam apud Arist. concedimus. verùm dubitabis; Auer. in prima disput. contra Algazelem, asserit multa esse possibilia respectu agentis, quæ fieri non possunt respectu patientis: an hoc intelligitur in potentiis quæ sunt in eadem serie. in his autem D quę in diuersa serie sunt, multa fieri possunt ex parte agentis, quæ fieri non possunt ex parte passi. secundum autem quod in Scoti sententia non probamus, est, materiam esse extra suas causas, & extra nihil. Illud enim est extra suas causas & extra nihil, & opus intellectus quod aliquando fuit vel in causis, vel in nihilo, vel in opere intellectus: at materia apud Arist. nec fuit aliquando in suis causis, quoniam æterna est, nec in nihilo, quoniam nunquam apud Philosophum fuit nihil. an autem Scoti opinio quantum ad hoc bonum sensum possit habere: extra enim causas suas & extra nihil, materia esse potest priuatiue ac negatiue: quemadmodum dicimus extra cœlum nihil est, negatiue sumimus, non autem formaliter, vt latinorum verbo vtamur. tertium autem Scoti nullo pacto probamus, materiam, scilicet posse esse absque omni forma. primo enim de Ortu & Interitu, materia (inquit Philosophus) absque forma est vel punctus, vel vacuum, vel corpus indiuiduum, quæ omnia absurda sunt, vt inquit Arist. Rursus 2. Physi. materia & forma sunt correlatiua, quæ mutuo separari nequeunt, & quemadmodum repugnat formæ naturali esse sine materia, ita materiæ esse sine omni forma naturali. Quare vanę sunt Latinorum sententiæ.

Tex. 3.

Tex. 3.

Tex. 55.

In solutione 21 dubij.

Tex. 27.

Tex. 28.

Propria

Propria opinio de natura & essentia materiæ. *Cap.* VIII.

E



VARE horum sententiis reiectis propria afferenda est opinio, quæ est materiam sua natura & esse & existere habere, & non à forma dantes ei quandam existentiam sibi peculiarem præter illam, quam à forma suscipit, imperfectam tamen, nec propterea ipsam esse potentiam negamus. cum enim materia rerum omnium quę natura constant, seminarium, & chaos sit, à quo cuncta agentium sublunarium ope in lucem veniunt, illarũq; principium, per se necessarium & à priuatione longe differat, vt 1. Phys. patet, æternum principium omni causa vacans prius forma illi hac ratione actum quendam damus, imperfectum ac indeterminatum, quo materia respectu suæ naturæ ope intellectus ab ipsa omni forma circũscripta actu est materia, siue autem actus ipsa sit, siue in actu siue actu, isthęc enim diuisio puerilis est. Nihil enim refert aliquod istorum dicere, dummodo addatur imperfectũ & indeterminatum. est enim materia actus imperfectus, in actu imperfecto & actu imperfecto. quare materia habebit sua natura existentiam sibi peculiarem & esse verum non à forma. F Dubitabit autem aliquis contra hæc, si materia habet existentiam & non à forma, ergo potest existere & sine forma, cuius tamen oppositum ex Arist. supra docuimus, nisi esset quod hæc existentia & hic actus quem materiæ damus imperfectus est & indeterminatus sua natura: terminationem autem omnem & decorem ac perfectionem recipit ab ipsa forma. qua ratione actus ille confusus & indeterminatus & incompletus terminatus, completus, ac perfectus redditur ab ipsa forma. qua ratione illa indeterminata, & incompleta materiæ existentia non sufficit vt ipsa existat in rerum natura absque forma, tunc enim actus perfectus specificus & completus materia foret, quem quidem specificum actum non nisi cõposito damus, quo existere ex se potest vnde propria & maxime substantia ab Arist. dicitur in categoriis & 7. Metaph. forma autem potius est actus terminans & specificans quàm terminatus & specificus, quare ipsa à materia nec re nec ratione separari potest. 2. Physic. & 3. de Anima. compositum autem quod ex vtrisque conflatum est, quoniam terminatum est, & verissime vnum & magis substantia, quàm materia & forma apud græcos interpretes, merito existit, propriissima & verissima existentia ex se & iuxta hunc sensum 7. Metaph. particula septima, propositio intelligitur, formam magis esse materia substantiam & hac ratione compositum ex vtrisque prius erit, & magis substantia: vt diligentissimus Arist. literæ 1. Physic. notauit Simplicius, quare materia actus erit & ipsa, sed terminabilis & perfectibilis sua natura haud perfectus, & terminatus tametsi ad omnia indifferens, forma autem actus terminans & ipsa perfectio, huiusmodi actus materiæ perfectibilis. Quod vero ex vtrisque conflatum est compositum actus nuncupabitur, sed terminatus ac iam perfectus, nec tamen alius est natura distinctus ab actu materiæ iam imperfecto, perfecto autem ab ipsa forma, non enim vt infra disputabimus, compositum re alia natura est à partibus, vt latinorum aliqui somniarunt. ipsa igitur materia respectu suæ naturæ, semper in actu est, nunquam vero potentia. si vero illam contemplaris dico, vt respicit essentiam suam. tunc enim vt ex retrodictis patet, nequaquam foret materia. potentia enim tale non est tale. Rursus & aliam materiam supponeret adhuc quod generatur non est, 5. Physic. materia ergo si generaretur non esset. Hunc vero actum veteres & primarij peripatetici materiæ condonarunt, & vt ab ipso primario peripateticæ disciplinæ illustratore Alexandro incipiamus, qui in 8. Diuinorum asserit materiam non fore actum, & quod quid, sed substantiam in potentia. Alexander ergo negat ab ipsa materia natura sua inclusionem actus perfecti non autem imperfecti. Clarius hoc idem dixit, primo naturalium quæstionum, ponens discrimen & conuenientiam formæ substantiæ atq; accidentis. asserit prius conuenientiam vtriusq; formæ esse in subiecto, & in aliquo ente: differunt tamẽ quod forma substantialis cum inest, in subiecto confert ad quod quid compositi, & est perfectio eius non autem forma accidentalis, hoc idem 7. Metaph. materiam potentiam fore non respectu sui, sed respectu formarũ quas apta est recipere. Præterea & magnus Simplicius in 2. cõm. de Anima illustrioribus verbis, hanc sententiam explicauit, cum inquit, neque igitur materia hoc aliquid est, quippe quæ indefinita sit propter imperfectam substantiam suam & potestate existentem, & quæ termini quidem recipiendi, vim habeat, verùm haud adhuc terminata sit, neq; forma ea nãq; terminus est, & perfectio & prima atq; secundum se substantia, ad quod

Marginal notes: Tex. 19. Tex. 11. (beside "ficus, quare ipsa à materia…"); G (beside "magis substantia…"); in expositione tex. 70. (beside "prius erit…"); Tex. 10. (beside "neratur non est…"); H; Com. suo 3. (beside "illustratore Alexandro…"); quæstione 8. (beside "quæstionum…"); Com. suo 4. (beside "eius non autem…"); in expositione tex. 2. (beside "ctu sui…").

A ad quod terminatur,& quod abſoluitur, atq; perficitur, & ſubſtantia ſecundum alterum eſt,
illa exiſtit,de qua hoc aliquid dicimus. & paulo poſt non ſanè materia poteſtate eſt, ſed ſub-
ſtantia poteſtate,neq; ceu vnquam actu futura, manet enim ſemper quod vere eſt, ſed ex illa
recipiendi facultate perficitur, & ita ſubſtantia quædam tenuis, & imperfecta eſt, forma
autem actus eſt, tanquam perfectio & imperfectione ſuum habens eſſe, & ceu id exiſtens,
quod eſt compoſitum imperfectione continens. ex quibus Simplicij magni verbis, apertiſſi-
mè conſtat materiam ſubſtantiam natura ſua eſſe tenuem admodum, atq; imbecillem, & in-
determinatam, terminum autem omnem & perfectionem ſuſcipit à forma. At hic,& clarius
hoc idem notauit 1.Phyſic.cum enim philoſophus dicit: priuationem nequaquam fore ma- *ſuper tex. 58.*
teriæ eſſentiam, ſed ab illa longe differre,tum ex modo loquendi,tum ex re ipſa.eſt enim ma-
teria permanens priuatio, nequaquam dubitat Simpl.an hoc ſit verum. nam cum materia eſt
potentia, atq; habet eſſe in potentia, priuatio vero potentia eſt, quare materia in priuatione
eſſe habebit,ſoluit, & negat eſſe materiæ conſiſtere in potentia,ſed aſſerit materiam actu eſſe,
& non potentia, hoc idem infra confirmat. Adhuc lucidiſſimus Themiſtius,in aurea illa de- *in expoſitione*
B potentia materiæ digreſſione primi Phyſic.inquit,planè in generationibus conſtituendis in *tex.77.*
ipſa materia opus eſt priuatione, alioquin nil fieri poſſe,quia quicquid fieri diceretur neceſ-
ſario anticiparet eſſe, quare quãquam nullibi ſubſiſtit priuatio,ſed ſola ratione neceſſaria ta-
men eſt, ceu altera quædam natura, quæ alteri naturæ accidat, ſed contra eſt illud ſi materia
in ſua ſubſtantia priuationem habet innexam comprehenſamq; nonne ex ea mutatione cor-
rumperetur, quæ eſſet ad formam? cum priuationis eſſentia in eo ſit quod eſt priuatum eſſe.
dubitat ſecundo, eſſentia materię conſtituitur potentia, potentia porrò coniuncta eſt priua-
tioni, alioquin potentia non fuerit, in, priuationem cum illa copulatam intelligamus. Has
autem difficultates ſoluens paulo altiorem ſermonem reddit. omnia,inquit, quæ rebus aliis
inſunt aut per ſe inſunt aut per comparationem ad alterum. ligno per ſe contingit eſſe bipe-
dale, duplum eſſe habet per comparationem ad alterum, materia. igitur ad ſuam eſſentiam
conſtituendam non indiget poteſtate, neq; poteſtas vlla in prima, ac ſimplici ratione mate-
riæ includitur,ſed primũ res quædam eſt in ſe & exiſtit actu: deinde materia intelligitur alio-
C rum eſſe, & ſecundum poſteriorem hanc conſiderationem rationem potentiæ contrahit. ex
quibus Themiſtij illuſtriſſimi verbis difficultatis præſentis nobiliſſima ſolutio habetur, ſuæ
naturæ reſpectu, vt toties dictum eſt,nullam potentiam ineſſe materiæ includi poſſe. ſi verò vt
reſpicit formas quas ſuſceptura eſt,potentiam materiam claudere dicimus.hoc idem Ioã. Grã- *in cõm. ſuo 54.*
ma.in 1.de Ortu & Interitu notauit, cum aſſerat. ſciendum autem eſt, quod & prius dictum
eſt, ꝙ actu entia nunc dicimus quæ in exiſtentia ſunt: quoniam & materia potentia alia exi-
ſtens,quæcũq; exiſtentiam habent & per ſe ſubſiſtentia ſunt actu eſt materia. ſi enim potentia
dixeris ipſam eſſe materiam, non amplius vtique materia eſſet. quare luce ipſa clarius conſtat
veteres peripateticos quibus maxima adhibenda eſt fides (ſoli enim vel maximè Ariſt.men-
tem præ cęteris habuerunt) voluiſſe materiam actu eſſe materiam non perfecto & formali.ſed
in actu entis & imperfecto,quem præſentiæ actum ſubtiles nuncupant. nec tamen te contur-
bet Ariſt.& interpretum aliquando dictum ipſam eſſe potentia,hoc enim reſpectu formarum
quàm libentiſſime concedimus. ipſa etenim eſt, è cuius gremio omnes formæ naturę agentis
ope educuntur, à quibus quidem formis eſſe recipit, ſed perfectum & terminatum, ſimiliter
D exiſtentiam perfectam & terminatam.cum enim ipſa 4.de Animalium generatione, Ariſt.au- *cap. vltimo*
tore,indefinita ſit,& ratio eius eſt ratio infiniti 3.Phyſic.indifferens eſt nõ magis ad hãc quàm
ad illam formam 2.Phyſic.apud Auer.ſi autem magis hanc, quàm illam formam recipit, hoc *Tex.48.*
eſt merito agentis quod ipſam diſponit potius pro hac quàm illa forma recipienda.qua ratio-
ne ipſa potentia dicitur.eſſe autem à forma & exiſtentiam omnem mutuatur ſub hoc,ſ.ſenſu,
quòd cum materia ſit ſubſtantia natura ſua & actu imperfecto & indefinito à forma perfe-
ctum actum, & terminum recipit: cuius formæ gratia,ipſa dicitur potentia. ſuæ tamen natu-
ræ habitudine actu eſt & non potentia. quare quæ ſit natura & eſſentia materiæ ex his patet.
ſed multa ſunt quæ noſtram ſententiam labefactare & infirmare vidẽtur. primo quidem hũc
quem nos actũ materiæ primæ dantes excogitauimus,non videtur Ariſt.cognouiſſe.in 2.enim
de Anima Cõm.dum animæ communiſſimam rationem venatur,ſumpſit eſſe ſubſtantiam ſe-
cundum quod dat nobis cognitio naturalis. qualem vero ſubſtantiam ſcire cupiens in tres
partes ipſam diſtribuit, in materiam quam potentiam vocat: formam ob quam compoſitum
eſt hoc aliquid,& in ipſum quod ex iſtis conflatur:tertium quod verè eſt hoc aliquid.Rurſus

C actum

actum ipſum duas in partes diſtribuit, volens ſcire qualis actus eſt materia in primum & ſe- E
cundum. primum vero actum ſomno atq; ſcientię aſſimilat, ſecundum vero actum contem-
plationi & vigiliæ. primus autem actus, forma ſubſtantia eſt, ſecundus vero operatio quæ ab
hac forma ſubſtantia fluit, quare hunc actum entis vel imperfectum Ariſt. non cognouit. fu-
tura enim eſſet tota Ariſt. tractatio ſophiſtica. ipſi quidem ſic obiici poſſet pręter hos duos
actus dari actum alium entitatiuum & imperfectum, qui quidem poſſit de anima prędicari,
nec ſic actus entis reducitur ad primum, quoniam non poteſt eſſe forma materia, quemad-
modum omnes concedunt, nec ſecundus quia materia nõ eſt operatio, ſed ſubſtantia. deinde
omnis exiſtentia eſt finita atq; perfecta ratio autem materię eſt ratio infiniti ob ſuam indeter-
Cap. vlt. minationem vt 4. de Animalium generatione & 3. Phyſic. conſtat. igitur nullam exiſtentiam
tex. 59. ſua natura habere poteſt materia. Ad hęc Alexander, quem tanti facis 1. naturalium Quęſtio-
quæſt. 8. num aſſerit cauſa propter quam materia eſt actu forma eſt. ſimiliter in 1. de Anima, omne exi-
ſtere, inquit, & ſubſiſtere habet materia à forma quare ſua natura nullum habebit actum ſed
pura potentia. Adhuc Ioan. grammaticus 1. de Ortu & Interitu puram potentiam fatetur ma- F
in expoſ. teriam. Adhuc ſi materia aliquem actum haberet ſua natura eſſet & ſua natura alicuius per-
tex. 11. fectionis, quoniam omnis actus ἐνθελεχία, & perfectio eſt, quare materia non foret infinitæ im-
perfectionis, vt 4. de generatione Animalium, & 3. Phyſic. fatetur Ariſt. Ad hęc quicquid actu
Tex. 6. eſt, ſub aliquo prædicamento eſſe neceſſe eſt 3. Phyſic. at materia ſub nullo prædicamento po-
Tex. 8. nitur 7. Diuinorum: igitur ſua natura, in nullo eſt actu. præterea quęcũq; ſunt vnum numero,
Tex. 60. quicquid per ſe competit vni, competit alteri 1. Topic. materia autem & priuatio vnum ſunt
numero 1. Phyſi. igitur quicquid competit priuationi competit materię. ſed priuatio ſua natu
ra nullus eſt actus, nec perfectus nec imperfectus: nulla ſimiliter entitas. igitur nulla ſimiliter
erit materię ſua natura entitas, vel actus, ſiue perfectus, ſiue imperfectus. quare abſoluta erit
poteſtas vt latini dicebant. ſed hęc nõ cogunt. illud enim ſubiectum ſua natura eſt ens, de quo
poteſt verificari propoſitio de 3. vt aiunt adiacente & trinaria ſed de materia poteſt propoſi-
tio trinaria verificari, quoniã dicimus materia eſt ens: igitur ſua natura materia erit ens. Rur-
ſus abſolutum & principium entis realis, erit ſua natura ens abſolutum & principium reale.
materia autem abſolutum ens eſt, quoniam ſubſtantia eſt. & principium entis realis, nempe G
rei naturalis, ergo ſua natura erit ens abſolutum & reale, rerum naturalium principium.
Amplius nulla forma dat id, quod eſt ſuæ naturę oppoſitum, & materia infinita imperfectio
3. Phyſic. Quare forma non dat hoc eſſe indeterminatum. eſſe enim terminatum & finitum
eſt effectus formę, ergo eſſe materię non eſt ab ipſa forma. Quare ſua natura erit ens & non
à forma. Demum ipſa ęterna eſt apud Ariſt. quemadmodum cuncta alia ęterna: ergo cauſa
dante eſſe vacat, quare ſua natura materia eſt ens & non à forma. quare ex dictis manifeſtũ
eſt materiam ſuum exiſtendi actum habere ex ſe, omnemq; potentiam ob formas recipiendas
ſibi ineſſe: qua ratione indeterminata & infinita ab Ariſt. dicitur. agente itaque indiget im-
pellente ipſam ad terminum & ad perfectionem. rationes autem ita diluũtur. materia actus
eſt primus non formalis, ſed entitatiuus, quem actum entis & pręſentiæ Ariſt. meminit cum
dixit ſubſtantiam aliquam fore in potentia. itaque ad aliam rationem aſſerimus. Duplex eſt
exiſtentia, altera formæ, quæ ſola perfectio dicitur, altera materię, quæ imperfectio atque in-
determinata nuncupatur. Alexander autem & Grãm. loquuntur de actu perfecto & termi-
nato, quem quidem perfectum actum omnem à forma materia mutuatur, quamuis ſua na- H
tura ſit ſubſtantia imperfecta & indeterminata. Nec excludit in determinationem illa exi-
ſtentia, qua materia exiſtit imperfecta & confuſa. ſimiliter illud quod exiſtit, exiſtentia per-
fecta eſt ſub aliqua categoriarum materia. porrò ſi exiſtit, indeterminata eſt exiſtentia, quare
nec neceſſe eſt prædicamentorum. hacmet facilitate diluitur vltima ratio. vnum enim nu-
mero apud Ariſt. 1. Topic. multis modis vel propriiſſime (vt aiunt) quod eſt idem numero
nomine, aut definitione. ſecundo modo quod eſt idem numero proprio. tertio vnum nu-
mero accidente capitur. Quare materia & priuatio, ſunt vnum numero accidente, quoniam
priuatio accidit materiæ: quemadmodum dicimus quod homo & in muſicum ſunt vnum
numero, & hanc vnitatem græci interpretes, vt ibi videre eſt, appellant vnum ſubiecto.
Nam ex eo quod priuatio ſeorſum à materia conſiſtere nequit, dicitur materia & priuatio,
vnum numero vel vnum ſubiecto, & iſta talia poſſunt eſſe vnum numero & differre ſpecie.
Quare vnitas numeralis infert vnitatem ſpecificam, ſi loquimur de vera & propriiſſima nu-
meri vnitate: & hoc modo 5. Diuinorum intelligit philoſophus, inferri vnitatem ſpecificam
ab vnitate

A ab vnitate numerali, quo pacto materia & priuatio non sunt vnum numero: quare materia & priuatio possunt esse vnum numero, idest subiecto, differre autem specie & forma: quæ igitur sit natura & essentia materiæ, ex dictis manifesta est.

Diluuntur quæ in oppositum factæ sunt obiectiones. Cap. IX.



His autem opposita soluere non erit difficile. ad rationes B. Thomæ concedimus: respondentes, materiam non esse in actu perfecto, & natura sua in actu completo existens subiectum generationis, quemadmodum subiectum motus in actu est perfecto & completo, atq; hoc est quod 5. Physi. ponens discrimen inter subiectum ortus substantiæ & accidentis, dixit subiectum generationis non esse, scilicet in actu perfecto, quemadmodum B est subiectum motus, quod est in actu perfecto. ad aliam rationem dicimus, quod materia respectu suæ naturæ est actus, sed ille imperfectus nec est purus actus vt Deus, sed est in genere actus, vt distinguitur contra potentiam. est autem potentia vt respicit formas futuras. non est autem inconueniens ex duobus actu existentibus coalescere tertium, quotiescunque reliquus fuerit actus imperfectus: perfectibilis verò ab alio actu perficiente. compositum enim habet à materia vt subsistat, & patiatur à forma vt existat & agat. inconueniens autem est ex duobus æque in actu existentibus coalescere tertium vnum: & sic loquitur Philosophus 8. Diuinorum. ad philosophum autem dicimus asserentem, 7. Diuinorum, materiam non esse quid aut quale, sed potentia respectu formarum quas susceptura est. sua autem naturæ habitudine actu est, quemadmodum ibi monet Alex. Ad rationes autem Auic. facillima est solutio ex Auer. 1. Physic. materiæ esse non est à forma, scilicet imperfectum & indeterminatum. indiget autem materia forma vt recipiat ab ipsa decorem & perfectionem. Com. 7.
hac ratione forma sustentat subiectum; quoniam est complementum eius, secundum quod C subiectum non potest denudari à forma: materiæ autem est forma indigens, quia forma non potest esse sine subiecto. est enim actus & perfectio alicuius, ergo semper indiget materia & eius separatio, à materia est corruptio 4. Physic. pari via Ioan. Bacconitani rationes diluuntur. concedimus enim infra ambitum & naturam entis, quemadmodum ratio sua concludit: dari vnum extremum quod est potentia pura, nulloq; modo actus; sed hoc non est materia prima, sed res gignenda quæ potestate est absoluta, dum existit in suis causis. Rursus dicimus quod ille arguendi modus quem ab Arist. sumptum esse dicit logicus atque probabilis est. non autem demonstratiuus, quemadmodum Simplicius eodem loco notauit. ad alias verò Bacconis rationes, sunt qui asserunt, nullius esse roboris, quoniam sumptæ sunt ex verbis Auer. cui hanc sententiam omnes ascribunt quare non cogunt, sed nos asserimus tanto viro, tantam insaniam, non fore ascribendam: propterea dicimus Auer. sequelas non cōcludere quidpiam in nostram positionem, ac fatemur, compositum esse in actu perfecto per ipsam formam, & similiter materia à forma habet vt sit in actu perfecto. quando autem infert, ergo compositum esset magis in actu quàm forma, quoniam includit vtráque D actualitatem, materiæ scilicet & formæ, nos asserimus quòd illa actualitas quam habet compositum à materia, non dicit perfectionem: sed potius imperfectionem, quare semper forma dignior erit, habere hoc nomen substantiæ quam compositum. hacmet solutione soluitur & alia eiusdem ratio. semper enim concedimus compositum, licet includat vtranque actualitatem & formæ & materiæ: illa tamen actualitas, quæ est materię in ipso composito dicit imperfectionem, quare semper forma erit perfectior & magis actus quam cōpositum. Quoniam ipsa est perfectior, & sic alia ratio Ioan. Bacconitani soluitur. semper enim concedimus illam existentiam & actualitatem materię esse imperfectam, vnde potius compositum trahit imperfectionem, & omnem passionem, quam aliquam perfectionem. sed dices omne illud quod continet aliud & plusquam illud est perfectius illo modo si compositum continet actualitatem formæ & vltra illam actualitatem continet actualitatem materię, erit ipsum compositum magis in actu quam forma sola. sed soluitur, quoniam prima propositio intelligitur quando illud quod plus continetur, dicit perfectionem. nam & vt eorum exemplo vtamur, asserunt enim ipsi, quemadmodum veritas est quod Deus solus non est perfe-

ctior seipso cum mundo simul, quoniam mundus Deo additus, non dicit maiorem perfectionem, ac si esset Deus solus: hacmet ratione dicimus quod etsi compositum vltra formam habeat materiæ actualitatem, non tamen perfectius erit compositum ipsa forma, quoniam illa actualitas materiæ imperfecta est, quemadmodum pluries dictum est. & sic semper forma erit perfectior ipso composito, atque hæc in Auer.gratiam sit dicta. ad rationes aliorum Latinorum concedimus, materiam non esse causam distinctionis, in rebus naturalibus, nec tamen est pura potestas. actus autem qui separat & distinguit est actus perfectus. materia autem actus est. sed imperfectus hac ratione non distinguit nec separat. similiter asserẽdum est materiam non admittere in ortu substantiæ, & interitu actum imperfectum & confusum, quo ipsa materia est, sed admittit actum perfectum pariformiter materiam maxime potẽtiam asserimus, sed non respectu suæ naturę, sed respectu formarum quas susceptura est. ad sententiam autem Arist. ex 1. de Ortu & Interitu asserimus, quamuis ibi loquatur Philosophus de materia augumentationis, quemadmodum ibi Ioan. Grammaticus autor est, tamen intelligi etiam potest de materia nutritionis & generationis, materia generationis etsi habeat esse vt conclusum est imperfectum, atque cõfusum, tamen si forma ab ipsa auferatur nihil esset, quoniam adeo est substantia tenuis, & imbecillis, vt dicebat Simpl. quæ vt hoc aliquid sit & ens in natura perpetuo forma ipsa indiget. Pariformiter ad aliam rationem dicendum est, omne esse materiæ & compositi esse à forma terminatum ac completum. & sic Auer. intelligit 5. Physi. materia est potentia respectu formarum recipiendarum, cui nullus est actus admixtus, quem ipsa receptura est. nihil enim est materia formæ recipiendę, alioquin res foret antequam fieret: hoc modo etiam intelligit Philosophus 9. Diuinorum actu perfecto, tunc esse materiam quando speciem & formam receperit: nec tamen Philosophus negat materiam natura sua esse actu, quemadmodum ibi monet Alex. Similiter ad alias sententias Arist. dicendum est. cum enim asserat actum esse rationem intelligendi, intelligit de actu specifico & perfecto, quo pacto materia est. similiter Alex. intelligit: nec tamen concedimus, vt infra dicturi sumus, potentiam esse materiæ essentiam, sed potius differentiæ loco posita, quæ nobis circũscribit essentiam & naturam materiæ. ad omnes similiter reliquas philosophi sententias sic dicendum est, vt materia ob formas recipiendas potentia sit. respectu autem suæ naturæ actu est, & quãuis cognoscatur materia, & diffiniatur per potentiam 1. Physic. hoc tamen Arist. facit vt naturalis Philosophus, qui vt 2. Physic. patet, materiam cum forma semper considerare debet. nec obstat quod forma det esse ipsi materiæ, perfectum tamen & absolutum, similiter secundum se totam materia recipit formam quare & secundum se totam respectu formæ erit potentia, non autem respectu sui. negamus tamen quod omne quod est in actu vel est forma vel compositum. illa enim diuisio de eo quod est in actu perfecto procedit. Demum ad omnem actum materia est potentia perfectum & imperfectum generis, speciei, quem susceptura est, nec tamen ad suum actum potentia est, quoniam ipsa non foret. quod enim est potentia illud: non est illud: similiter vltimo dicimus priuationem & potentiam non esse formam materiæ, vt materia est, sed materiæ prout subiecta est ipsis formis. quantum autem ad Scoti sententiam spectat, ab illo partim dissentimus, & cum illo partim consentimus. ab illo quidem non discedimus quando actum materiæ primę tribuit, quemadmodum & illo longe priores peripatetici omnes materiæ condonarunt. discedimus autem ab illo, quando materiam sine forma rationibus physicis posse esse contendit. propterea suas rationes soluimus, atque inter materiam & formam necessariam connexionem volumus, qua materia est ad formam indeterminate, & vage vt aiunt. non autem determinate & signate. quare ipsa nunquam expoliatur nec expoliari potest à forma, vt forma est. bene autem ab hac vel illa forma: similiter asserimus materiam non se contingenter habere possibili, sed contingenter necessario. non enim valet, corpus potest esse sine hoc vel illo loco, igitur sine omni loco. Quoniam corpus vage non potest esse sine loco, bene autem signate. similiter ad aliam rationem dicendum est, prius posse esse sinę posteriori: hoc intellectu & ratione, non autem re intelligi debet. soluitur autem & alia ratio quod materia & forma habent esse & essentias distinctas, non tamen vna potest esse sinę alia: quoniam forma est perfectio materiæ. ad rationes autem quæ mediam positionem tuebantur asserimus non implicare contradictionem formam habere esse independens à materia, similiter materia à forma: sub hoc sensu videlicet quòd esse formæ, non est esse materiæ, bene autem vna dependet à reliqua vt perfectio a perfectibili & è conuerso, quemadmodum

Auer.

A Auer.notauit 1.Physi. Ad aliam rationem asserimus, quod si ipsi loquuntur auctores huius opinionis, de perfecta existentia dubio procul reducitur ad ipsam formam. si autem de existentia imperfecta, reducitur ad ipsam materiam. Item dicimus formam existere existentia perfecta & non per materiam: at quoniam non potest esse sine materia, hac ratione perpetuo forma indiget materia. postremum entia non sunt multiplicanda absque necessitate, quemadmodum & ipsimet fatentur, sed maxima est necessitas vt ex retrodictis patet, materiam existere alia existentia, scilicet imperfecta, & esse ab illo esse, & existentia perfecta ipsius formæ. Disputatio ergo hæc de materiæ natura & essentia hoc modo sit determinata.

De vnitate materiæ varia opinio. *Cap.* X.



SVB LVNARIA entia omnia, in seipsa inuertuntur: omnia à seipsis generãtur omnibus: & similiter corrumpuntur. quæ autem sic fiunt subiecto sub B vtrisq; terminis oppositis vno numero existente indigent. hoc autem subiectum materia est prima. quare vna numero in omni ente sublunari erit materia prima. vtrum autem hoc ita sit & quomodo philosophi peripatetici, haud eadem sentiunt, quare prius aliorum sunt afferendæ opiniones consueta philosophantium via, mox quid nos opinamur adiiciemus. non defuere igitur latinorũ nonnulli qui ab hac difficultate breuibus seipsos expedierunt, atq; negarunt materiam esse vnam aut plures. id autem ita persuadent. quãtitas indiuidua est principium vnitatis, quemadmodum quantitas diuidua principium multitudinis. materia autem vtraque quantitate sua natura caret vt Auer.nõ semel monuit, quare & vnitate & multitudine carebit materia. sed horum positio vana est, Philosophus enim tum 10.Diuinorum, tum 1.Physic.diuidit ens in vnum & multa: quam diuisionem nihil est, quod ipsam subterfugiat, nec mediũ patitur. & vt ita illos arguamus, de quolibet verificatur aut esse aut non esse. ergo de quolibet verificabitur aut vnum, aut non vnum. materia porro ens est, quare aut vna aut non vna necessario erit. quare horum opinio nullo pacto probatur. Alij verò plures materias primas, & infinitas C ponunt. alia enim (aiunt) est materia primi ignis alia aquæ & singulorum entium singulæ materiæ primæ. hoc autem ita probat, quot sunt formæ tot sunt materiæ 2.Physi. formę autẽ sunt fere infinitæ. quare & materiæ. Adhuc vnum numero nequit esse in diuersis numero, specie, & genere 1.Diuinorum. materia autem est in diuersis numero Socrate & Platone diuersis specie, cane & homine diuersis genere homine & lapide. quare materia non erit vna numero. sed hæc positio falsa similiter est. philosophus enim 1.Physic. vnum subiectum ab vnica contentũ oppositione sufficere pro omniũ rerũ ortu & interitu dixit. plura autẽ his vel ex parte subiecti vel ex parte oppositionis, vel ex parte vtriusq; superfluunt. verũ hi hãc rationẽ, de facili soluunt. fatentur enim & ipsi materiam esse vnam specie plures autem numero materias sub se cõtinentem, vtpote materiam ignis, materiam aquæ. sed hoc auxilium nullum est. Hos arguit Alexander 2.naturalium Quæstionum: materiã non esse genus aut aliquod vniuersale quod possit de pluribus prędicari, quod ita persuadet, materia in re est, atq; principium reale omnium eorum quæ sub Luna fiunt. vt 1.Physic. constat. genus autem est solum nomen, atq; habet esse per opus intellectus, quemadmodum ipse Alexander in 1.Naturalium quæstionum D demonstrat, à quo mutuatus Auer. 1.lib. de Anima & 12.Metaph. intellectus (inquit) est qui facit vniuersalitatem in rebus transferens res de ordine in ordinem. & in 3.cõm. de Anima si darentur vniuersalia Platonis, non esset necessarius intellectus agens. quare genus non erit materiæ, & eadem ratione nec species: quoniam species etiam est ope intellectus, nec est principium rei naturalis, quare nec species ipsa erit. Rursus genus & species sunt æterna per successionem indiuiduorum, quæ fiunt & intereunt. materia autem permanens vna numero incorruptibilis est, vt 1.Physic. demõstrat Arist. ergo materia nequit esse aut genus aut species. multæ similiter Alexan. citato capite sunt rationes, quas infra separato loco latius explicabimus, quòd totum Alexandri dictum Auer. confirmauit 1.Diuinorum dum inquit, materia differt à genere, quia est vno numero in multis, secundum quod esse eius est in potentia. genus autẽ est vnum in forma media inter actum & potentiam in multis & ideo habet genus prædicari de pluribus specibus & de indiuiduis illarum specierum. materia autem non potest prædicari de speciebus generatis ex ea. Antiqui autem, & maximè Alexander, scripserunt demonstratiue, quod materia non est genus, & per consequens nec species. sed hæc non carent difficultate

Tex. 19.
Tex. 6.
Tex. 26.
Tex. 30.
Tex. 56.
quæst. vlt.
Cõm. 8.
Cõm. 4.
Cõm. 17.

tate Auer. enim 5. Metaph. inquit materia prima est tanquam genus altissimum: materia verò propinqua est vltimam formam habens in generatione, nisi esset quòd materia non est verè genus sed tanquam genus dicitur similitudinem habens cum ipso genere non quoad prædicationem sed quoad hoc, quoniam vti genus supremum est illud autore Porphyrio supra quod non est aliud superius genus in quod resolui potest vnam dūtaxat obtinens habitudinem, quod cum sit genus nequit esse species: ita prima materia non habet aliam priorem materiam supra se in quā resoluatur. quæ cum sit patiens, nullo pacto potest esse agens, & in illam cuncta resoluuntur, quemadmodum ex illa cuncta educuntur. Demum quæcūq; differunt numero & conueniunt specie habent materiam apud peripateticos: vt testatur Arist. 12. Diuinorum & 1. Cœli hoc idem Auer. in prima disputatione cōtra Algazelem. atqui per hos materiæ primæ differunt numero. quare vt alias materias primas habeant necesse est, & sic de illis posset quæri si differunt numero alias materias prima habebunt. quare in infinitum esset processus. nec illæ essent materiæ primæ: quoniam principia naturæ non fiunt ex aliis, alioquin & principia & nō principia forent, nec ex alterutris. quare cum materia sit ex naturæ principiis vnum priorem materiam habere nequit. Rursus quæ numero multiplicatæ sunt, apud Arist. vt corrumpantur necesse est, vt locis supra citatis patet, modo si materię primæ numero essent multiplicatæ, vt illi fatentur & specie conuenirent corrumpi ipsas necesse est. Quare essent antequam fierent & corruptæ forent antequam corrumperentur, vt 1. Phys. ratiocinatur Arist. Postremum in 2. de Generatione & interitu, inquit Philosophus, materia prima est vna numero. similiter 1. Physic. & 12. Diuinorum. quare vana est horum positio.

(Margin: Tex. 49. Tex. 62. Tex. 6. Tex. 66. Tex. 14. — letters E, F)

De vnitate materiæ opinio Auer. Cap. XI.

(Margin: Cōm. 14.)



VER. itaque 12. Diuinorum quo in loco de hac materiæ vnitate à proposito multa dixerat, atq; fatetur materiam vnam numero fore per priuationē omnium formarum. quoniam in sua natura nullam formam claudit nec formæ priuationem. tunc enim ipsa non foret omnium formarum receptaculum vti ipse in Auicennam 1. Physic. monstrauit. non autem vna dicitur per aliquam formam quæ largiatur materię illam numeri vnitatem, quemadmodum Socrates vnus numero & positiue dicitur ob formā suam, quæ largitur sibi illam vnitatem numeralem. quare ex dictis manifesta est opinio Auer. materiam vnam numero fore per priuationem omniū formarū & vnitate priuatiua, vt aiunt, nō autem per aliquam formam, & vnitate positiua. sed Auer. positionem recentiores aliqui latini ita arguunt. omne quod est reale ens & positiuum extra animam in rerum natura existens habet vnitatem realem positiuam & non priuatiuam 4. Diuinorum testatur Philosophus, atqui materia est ens reale positiuum extra animam existens quemadmodum superiore disputatione docuimus. igitur materia erit vna numero positiue & non priuatiue. Adhuc 5. Diuinorum philosophus quadrifariam vnum spargit vnum numero vnum specie vnum genere & 4. Analogia, hāc autem vnitatem priuatiuam non meminit. quod per ipsum Auer. citato loco confirmatur, qui declarans hanc vnitatem priuatiuam asserit Arist. ipsam non cognouisse. Præterea si materia eo vna numero priuatiua diceretur: quoniam caret dante sibi vnitatem positiuam numeralē. eadem ratione ipsa numero plures priuatiue diceretur: quoniam caret etiam multitudinem dante positiuam. quare vna & plures numero priuatiue materia foret. quare possint de vno duo opposita verificari, quod valde absurdum est. Adhuc non diceretur magis materia vna numero priuatiue quia caret forma dante sibi vnitatem positiuam quàm vna specie vel vna genere qnoniam caret vnitatem specificam & genericam forma sibi dante. quare Auer. positio falsa est (inquiunt) iccirco ipsi afferunt materiam vnam fore positiue vnitate entis, quoniam ens vnum & bonum idem sunt. vti Arist. 4. diuinorum monet. Quapropter cum materia sit ens per se, erit vna vnitate positiua entis. sed hi in reprehendendo, non carent reprehensione. videntur enim mihi quid velit Auer. ipsos non percipere. quare aperienda prius Auer. opinio est, deinde hi arguendi sunt, at pro sententię Auer. intellectu sunt nonnulla suscipienda. primum est, materia trifariam consideratur vel vti est omni forma priuata, quo modo non habet esse in rerum natura. perpetuo enim inuenitur quid & qualis potestate, tamen ad aliud quid & ad aliud quale quibus ipsa actu caret. sed in mente habet dūtaxat esse, & non immerito ens rationis ab Auer. loco citato dicitur, & longe ipso prior Alexander peripateticus, in

libro

(Margin letters: G, H)

A libro de longitudine & breuitate vitæ vel conſideratur vt eſt ſub hac forma, ſ.bouis potentia
tamen, ad reliquas formas recipiendas & ſic habet eſſe in natura entium. tertio autem modo
conſideratur vti eſt ſub hac forma dũtaxat quod potius ſubiectum, quàm materia dicitur ex
Boetho referente Themiſtio 1.Phyſic. Quam rem exemplo ſub oculis id manifeſtemus. in re-
bus enim abditis & quæ ſenſus iudicium ſubterfugiunt exempla ad intelligentiam plurimũ
conferunt. Cęra trifariam ſpectari poteſt vel omni prorſus artis forma priuata vel ſub hac for-
ma equi: potentia tamen ad reliquas formas, vel tertio vt ſub hac forma dũtaxat eſt, hoc pacto
& materia ſpectari poteſt, vel omni prorſus forma priuata, & ſic eſt ens rationis, & habet eſſe
dũtaxat in mente, quod aliqui primum naturæ ſignum dixerunt, vel ſub hac forma, potentia
tamen ad reliquas, quod ſecundum naturæ ſignum nonnulli nuncupant: vel tertio vt eſt ſub
hac forma, quod potius ſubiectum quàm materia nuncupatur. ſemper enim materia futura
reſpicit, aliud vero ſuſcipiendum eſt id, quod vnum eſt duobus modis ſpectari poſſe, vel poſi-
tiue, vel priuatiue. poſitiue autem illud vnum numero dicitur, quod habet formam & condi-
tiones largientes illi vnitatem poſitiuam numeralem. quemadmodum eſt Socrates & Plato,
B vel vnum ſpecie poſitiue dicitur, quando habet formam & conditiones à quibus vnitas ſpe-
cifica emanat. ſimiliter vnum genere poſitiue dicitur, quòd formam & conditiones habet: à
quibus vnitas generica proficiſcitur. quare tot etiam modis vnum priuatiue ſumitur: vnum
enim numero priuatiue dicitur, quando caret forma, quę largiri poteſt vnitatẽ numeri. ſimili-
ter vnum ſpecie vel genere priuatiue dicitur quando formis caret à quibus vnitas ſpecifica,
vel generica, prouenit. Quare cum materia eſt carens in eſſentia ſua omni forma, vt omni vni-
tate poſitiua careat, neceſſe eſt & numeri ſpeciei, ac generis. ſi enim aliquam formam in ſua
eſſentia clauderet: alias nunquã reciperet; & tunc omnis generatio foret alteratio; vt vbique
Auer. dicere ſolet. hinc citato loco 12. Diuinorum his verbis ſuam ſententiam explicauit. Cõ- *1.Phyſic.comment.63.69.2.& 3.c.de ſubſtantia.*
munitas materiæ primę differt à communitate vniuerſalium præcipue generis. formæ enim
communes in quibus reperiuntur vniuerſalia ſunt in potentia, & ideo ſcire aliquid ſecundũ,
quod eſt vniuerſale, eſt ſcire in potentia: cõmunicati oigitur, quæ intelligitur in formis com-
munibus habet eſſe extra animam in potentia: iſta verò communicatio quæ intelligitur in ma
C teria prima, eſt pura priuatio, cum non intelligatur niſi per priuationem formarũ indiuidua-
lium ex ea. ex his igitur Auer. verbis, liquido conſtat quòd materia prima nequaquam in ſua
eſſentia formam aliquam claudit: à qua aliqua vnitas poſitiua ſibi proficiſci poteſt: quemad-
modum vniuerſale quod obtinet communitatem extra animam ob aliquam formam poten-
tialem, & imperfectam, quæ eſt propria ipſi vniuerſali: ſed vna dicitur per priuationem & in
differentiam omnium formarum. & iſte eſt verus intellectus materiæ primę circa eius vnita-
tem, qui nunquam eſt dictus ab Ariſt. in loco, aliquo ſed inuenitur indui in verbis eius. hanc
enim vnitatem tum 1. tum 7. Diuinorum videtur Ariſt. innuiſſe. & 10. Diuinorum cum aſſe- *Tex.17.*
rat in fundamento naturæ nihil eſſe diſtinctum atq; materiã negatione cognoſci: Quare quæ *Tex.8.*
ſit Auer. opinio, ex dictis manifeſtum eſt. nunc verò eorum poſitio reiicienda eſt atque ita *Tex.24.*
eos arguamus. non enim recte aſſerunt vnam fore materiam poſitiue, vnitate entis. quicquid
enim reperitur in genere reperitur in ſpecie. quicquid enim eſt animal eſt tale animal, ac ma-
teria eſt vna vnitate entis, quod eſt genus tranſcendens vti Metaphyſici loquuntur. ergo de-
bet eſſe vna vnitate ſpeciei & numeri. tunc quæratur ab his, aut erit vna numero priuatiue
D vel poſitiue. ſi primum: habetur cõtra illos propoſitum. non ſecundum, quoniam Ariſt. 4. Di- *Tex.11.*
uinorum, omnis vnitas numeralis poſitiua à forma eſt, modo manifeſtum eſt in ſua natura,
nullam formam materiam habere. Deinde hæc vnitas, quam hi fingunt entis, competit cun-
ctis rebus. lapis enim eſt vnus vnitate entis, quoniam cum ſit ens: eſt vnum. ſiquidem ens,
& vnum, conuertuntur. quare omnia eſſent vnum hac entis eorum vnitate. igitur non eſt
propria materia. illa vnitas, Ad hæc quæcũque conueniunt genere, differunt ſpecie à defini-
tione generis, atqui per hos materia eſt vna vnitate generis: quare ipſa materia habebit
plures materias ſpecie & numero differentes: quod valde (vt ſupra probatum eſt) ridiculũ
eſt. Nec propter illas, quas afferunt rationes: ad hanc ſententiam adduci ipſi debuiſſent. tum
quoniam de facili rationes illæ dilui poſſunt, tum aduertere debuiſſent: illas rationes, longe
illis prioribus, qui Auer. doctrinam ſequuntur, feciſſe: atque illas ſoluiſſe. quare aſſerimus:
quod vnitas poſitiua, bifariam eſt. altera actualis, altera potentialis, modo vti materia eſt,
ens potentia, ita eſt vna poſitiue potentia. non autem in actu. quare ſic intelligenda eſt, eorũ
prima propoſitio: vt de eo quod ſit in actu, verificetur. non autem de eo quod eſt potẽtia. ab
Ariſt.

Arist.autem hæc vnitas non ponitur quemadmodum ab Auer.ita etiam affirmatur. nihilo- E
minus ex verbis suis, hoc elicitur, vti supra monuimus, vel non repugnat suis principiis aut suo philosophandi generi, quæ omnia sic dicenda sunt, vt ait Themistius. nec illud quidem materiam, posse dici plures, & vnam numero priuatiue, quoniam non est similitudo inter vnitatem priuatiuam & multitudinem pluralitatis priuatiuam.siquidem omnis ratio vni-
Tex. 11. tatis petenda est ab indiuisione. vti 5.Diuinorum, ait Philosophus . ipsa autem indiuisio est quidem priuatio. quo fit, vt priuationi sit valde vnitas propinqua.non sic autem est, ipsa multitudo. quare ipsa potius dicenda est materia vno numero priuatiue quàm plures priuatiue. Aliæ autē ad hanc rationē ab Auerroistis petātur solutiones.hæc enim mihi potior videtur.nō est autem absurdum qua ratione nuncupatur. vna numero priuatiue materia,quoniam caret forma dāte sibi vnitatem. eadem ratione potest dici vna priuatiue vnitati speciei, aut generis, quoniam caret forma, illi hanc vnitatem specificam, aut genericam largiente. illud potius quàm hoc voluit Auer.declarare, quoniam maior de ipsa vnitate numeri, est difficultas: quàm de vnitate speciei, aut generis. vt ex verbis eius citato loco elicitur, quare Auer. sententia est,
ꝙ materia in primo naturæ (vt aiunt) signo, mente potius quàm re comprehensa omni pror- F
sus priuata forma. vna dicitur vnitate priuatiua. in secundo autem naturæ signo, & vt in rerū natura inuenitur, vna dicitur ob formam dantem sibi illam vnitatem perfectionis. à forma enim est omnis vnitas positiua. vt 2.de Anima dicitur. Atq; hæc in Auer.gratiam sint dicta.

Opinio Alexandri de vnitate materiæ. *Cap.* XII.



ÆTERVM & si Auer.sententia defendi potest, vt iam docuimus, est tamen alia Alexandri opinio, in 2.Naturalium quæstionum illa Auer.longe probabilior. asserit enim & ipse vnam numero esse materiam non priuatiue. quemadmodum credit Auer.sed negatiue. plurimum enim, inquit, differt inter priuationem, & negationem. in quibus enim negatio est vera, in his priuatio non sequitur, quoniam dicimus lignum non esse musicum. non tamen sequitur ipsum esse non musicum . negatio enim absentia est rei sine aptitudine ad G
rem recipiendam.priuatio vero rei absentia est, cum aptitudine tamen ad illam recipiendam, quemadmodum in 2.de interpretatione, & 1.Priorum docuit Arist.quo fit, vt cum dicimus materiam esse inaffectam, i.informem , non intelligimus nomine inaffecti priuationem qualitatis, sed prorsus negationem qualia sunt illa, illiteratus & immusicus, pro eo quod est non musicus, non literatus . nam si inaffectio illa priuationem significaret, cum priuatio qualitas quædam esse videtur materia, in sua essentia aliquam haberet. quare potius negata quàm priuata materia, in sua essentia dici debet. sua enim natura nata est recipere omnes formas, decem generum. & similiter omnes illarum formarum priuationes . quare sua natura non claudit aliquam formam, aut illius formę priuationem. si enim aliquod illorum in sua ratione haberet, atq; clauderet in altero nunquam facta iret, vti homo nec musicus est, sua natura, nec immusicus. si enim musicus foret sua natura, vel immusicus, nunquam musicus vel immusicus factus iret. nullum enim oppositorum in alterius oppositi naturam mutatur. quare potius in sua essentia negata potius materia, quàm priuata dici debet. quemadmodum homo negatus potius sua natura, quàm priuatus à musica, & ab immusica dicitur : quapro- H
Tex. 8. pter & Philosophus 7.Diuinorum hoc significauit cum asseruit materia non est quid, non est qualis, non est quanta, nec est aliquod quibus ens est determinatum. Non enim dixit materia est non quid, est non qualis, est non quanta. plurimum enim differt, hoc vel illo modo dicatur. nam hoc, scilicet non quid non qualis, cum sit affirmatio ea quæ transpositione dicitur, æquiualet priuationi. illud verò non est qualis sua natura, æquiualet nō amplius priuationi sed negatio est quod de materia verum est. quare cum priuatio qualitas sit materia vna priuatiue dici non potest sed potius negatiue. est enim ipsa omnium formarum, & illarum priuationum negata. quare vna negatiue formarum & priuationum dici debet materia non autem priuatiue. vt Auer. credidit. hancmet positionem Themistius sequitur 1. Physic. in digressione de potentia materiæ. sed hanc Alexandri opinionem labefactare & eneruare cre-
in expositione tex. 61. dit Simplicius 1.Physic.primo quidem si priuatio est qualitas, vt Alexander credit. ipsa autē qualitas est forma.omnis autem forma, quæ oritur & interit priuationem habet. quare illius priuationis, quæ ab Alexandro qualitas & forma dicitur, erit priuatio.&, cum priuatio absen-

tia sit

A tia sit erit profectio absentia absentiæ, quæratur demum de illa priuatione, quæ est priuatio illius qualitatis, quæ ab Alexandro priuatio dicitur, aut est qualitas, aut non? non secundum. non enim est maior ratio, de vna priuatione, quàm de alia. igitur primum. quare cum illa priuatio sit etiam qualitas, & per consequens forma generabilis & corruptibilis, & omnis sic forma habet priuationem. quare erit priuationis priuatio, & cum priuatio sit quædã absentia, erit absentiæ absentia. Demum reuertatur quæstio super eandem priuationem, & hoc abibit in infinitum. Præterea si materia vti capax est formæ, ita priuationis illius formæ, cum ergo aderit forma, in materia, nempe bouis apud Alex. materia nata est etiam recipere priuationem formæ bouis, & quando materia habet formam bouis, in se respectu formæ futuræ, vocabitur priuatio. illa similiter futura forma dicitur priuatio formæ bouis. quare materia habens formam bouis, habebit priuationem: hoc est formam bouis quæ erit priuatio respectu alterius formæ priuatiuæ. quare habebit priuationem priuationis. tunc quærit, vt forma introducta est, priuatio priuationis, quod sane absurdum est, vel erit quędam alia priuatio coexistens formæ, & hoc fieri non potest, quoniam omnis priuatio, formæ est opposita.
B quare duo opposita simul erunt. sed ratio hæc nimium obscura est, & ego semper dico hunc interpretem, interpretem indigere, ipsam ergo explanare aggrediamur: vult quidem Simplicius vt ipse sequens verbis, citato loco innuit, aliam fore priuationem, quæ in categoriis pertractatur ab Arist. ab illa, quam in 1. Physic. declarat, & quæ numeratur tertium principium naturæ. illa quidem priuatio, quæ in categoriis pertractatur: aduersatur habitui, vt cœcitas visui, à qua ad habitum non datur regressus. bene autem ab habitu, ad illam. nam si quispiã euaserit cæcus, visum iterum recipere non potest, neq; caluus denuo fiet crinitus, neq; edentulus, rursus naturales dentes obtinebit. quare ab hac priuatione, ad habitum non est regressus. illa autem priuatio, quæ in lib. 1. & 2. Physic. ab Arist. tractatur, tendit ad ipsum habitum potentia existens, ad ipsum in pura absentia. atq; ante formam, & post formam est, velut quædam absentia formæ: cum aptitudine tamen ad illam recipiendam. omnis enim res natura, fit ex non tale, quod aptum tamen est fieri tale. illa autem priuatio, quę in categoriis tractatur, non est formæ pura absentia cum aptitudine ad illam recipiẽdam, sed qualitas constituens, aliquod subiectum, vt cæcitas in oculo: quæ semper post formam est, ac de hac pri-
C uatione dicitur, quod ipsa perpetuo præsupponit habitum. ex dictis ratio Simplicij apparet valida: quoniam si priuatio est dũtaxat absentia formæ, non potest esse aliqua qualitas positiua, quoniam vel est forma introducta in materia, & hoc non est, quoniam si priuatio est absentia formæ cum aptitudine ad illam recipiendam. vna autem forma non est absentia alterius cum aptitudine ad illam recipiendam: sed est ipsa materia, ergo forma introducta non est priuatio priuationis, similiter nec potest esse alia priuatio formæ coexistens, quoniam duo opposita simul forent, siquidem omnis priuatio formæ opponitur. Adhuc & nos in Alexandrum instamus. Non enim videtur verum: materiam esse negatam, sed potius priuatam: vt eisdem armis illum arguamus, priuatio est absentia cum aptitudine ad recipiendum, negatio est absentia sine aptitudine, sed materia est apta nata, omnes formas recipere: vti omnes confitentur, ergo materia priuata potius, quàm negata dicenda est. sed hæc in Alexandrum, nullius sunt momenti. difficultas enim huius controuersiæ intra Alexandrum & Simplicium ortum habet: num, s. priuatio, vt est tertium principiorum naturæ aliquod constituat. vt vide-
D tur Alexander tenere, an nil constituit, vt Simpl. probat, & quemadmodum ipse notauit 3. Physic. in expositione tex. 15. Nos verò quæ istarum opinionum sit probabilior separato loco, per se discutiemus. Potest autem Alexander ita vendicari ab his calumniis, quod priuatio non est pura tantum absentia, sed forma, quæ ab Arist. deterius contrariorum, nuncupatur, constituens aliquod compositum, absentia tamen nuncupatur, respectu alterius formę adueniendæ, quare nec est abitio in infinitum, secundum vero eius argumentum, non cogit, quoniam bos, habens formam: illa forma dici potest, & forma positiua constituens bouem inesse bouis, dicitur autem priuatio, vt futuram formam, respicit. tertium autem quod nos fecimus, nec cogit. essentia autem materię vere negata est, quia non est apta nata fieri forma, aut priuatio: tametsi formata & priuata. quare vna numero negatiue erit materia, potius quàm priuatiue. *in expositione tex. 15.*



D *Opinio*

E

Opinio propria de vnitate materiæ. *Cap.* XIII.



MVLTA autem ſunt, quæ Auer. & Alexandri ſententiam, maximè labefacta-re videntur, quare ab vtriſq; diſſentire cogimur. cum enim materia ſua ſit natura ens poſitiuum, & à formę eſſe longe diſtinctum, vti ſuperiore diſputatione docuimus: ens autem & vnum eandem ſignificant naturam, quemadmodum 4. Diuinorum teſtatur Philoſophus: igitur materia, erit vna poſitiue. adhæc vnitas materiæ in primo (vt aiunt) naturæ ſigno à diuino conſideratur: cuius eſt abſoluta conſideratio. priuatio autem, & negatio ſunt entia reſpectiua. igitur in illo priori, materia erit vna abſolute, & poſitiue, non autem priuatiue, & negatiue. Tex. 5. vti Auer. & Alexāder crediderunt. Demum 7. Diuinorum Ariſt. materia, inquit, nec eſt quid, nec eſt qualis, nec eſt quanta, nec eſt aliquod aliorum, quibus ens eſt determinatum, nec negationes horum. quare qua ratione, non includit priuationem materiæ in ſe, eadem ratione, nec negationem, rationi conſentaneum eſt. Adhuc nulla negatio, ens aliquod abſolutum, F conſtituit, igitur materia non erit vna negatiue conſtituta in eſſe illo naturæ priori, per negationem. Præterea, aut hęc negatiua vnitas eſt nihil, aut aliquid. ſi autem nihil, igitur materia foret nihil. ens enim, & vnum idem ſunt. quare ſi vnitas materiæ, nihil eſſet, materia nihil foret. ſi autem hæc vnitas negatiua erit aliquid percunctabimur aut accidens, aut ſubſtantia. ſi autem accidens, idem abſurdum. ſequitur Alexandrum, quod quidem abſurdum aſſerit ipſe ſequi, dicentes, priuationem habere materiam, nempe aliquam qualitatem, in natura ſua includeret. ſi autem ſubſtantia, quæ ſubſtantia quęritur? non forma, aut compoſitum, quoniam ipſa ſimplex eſt, & illa vnitas vti omnes concedunt non eſt ipſi materiæ à forma, igitur erit materia. quare cum ipſa ens poſitiuum exiſtat, vna erit poſitiue. Demum 1. Phyſic. materia hoc aliquid dicit eſſe magis, reſpectu priuationis, ergo non erit vna numero priuatiue. quare in propoſitæ ſolutione difficultatis, duo aſſerimus, quæ etiam ſupra adnotauimus. Alterum quidem eſt in rerum natura, materia vna in aliquo vno ente particulari, non inuenitur, ſed in varias mente formarum diſtractas portiones. vniuerſum autem ſolum ex tota G conſtat materia. quocirca æternum ab Ariſt. in 1. cōm. de Cœlo dicitur. ſi autem materiæ portionem, vniuerſum haberet dūtaxat: quemadmodum eſt aliquod particulare ens ſub luna, futurum eſſet, vt intereat. quemadmodum & ipſum particulare. & ideo non eſt inſtituta materiæ diſputatio, num materia vt eſt ſub formis, ſit vna, ſed de illa materia, quæ intellectus ope omni forma ab ipſa circūſcripta: & vt hi loquuntur in primo ſigno naturæ conſideratur. qua in re vt veritatem peripateticam, inſpiciamus Ariſt. ſententiam, & fundamētum cui ipſe multum in Platonem innititur. 4. Diuinorum ſumentes ens vnum bonum, verum, eandem ſignificare naturam, quo ſit, vt vti res ſe habet vt ſit, ita ſe habet vt ſit vna bona, & vera, & è conuerſo. quare ſi res ens eſt perfectum, atque perfectiſſimum, vna erit perfecta, & perfectiſſima. Deus nempe ens eſt perfectiſſimum, ergo vnus vnitate perfectiſſima, & quo magis alia entia ab hoc ente perfectiſſimo diſcedunt & recedunt, ita ab vnitate diſcedunt, atq; recedunt. hinc ergo quo pacto materia, eſt ens, eo pacto vna dicitur. cum autem ens ſit ſua natura imperfectum, vti ſuperiore diſputatione docuimus, & poſitiuum vna erit, & ipſa vnitate imperfecta, quæ correſpondet ſuæ imperfectæ entitati poſitiua, quæ ſimiliter ſuæ entitati poſiti- H ua correſpondet, quoniam ens, & vnum, eandem naturam ſignificant. ſed dubitabis: quælibet vnitas poſitiua, eſt à forma, vt 2. de Anima dicitur. ergo ſi materia, erit vna poſitiue, hoc habebit ab ipſa forma, quod omnes quidem negarunt, niſi eſſet quòd vnitas poſitiua bifariā eſt, altera quidem perfecta, atque hæc à forma dūtaxat eſt, quia vnitate, materia ſua natura vna non eſt, ſed illam vnitatem, mutuatur à forma. altera verò vnitas eſt imperfecta, & indeterminata, quæ non eſt à forma, qua vnitate materia vna eſt. hanc autem vnitatem in Ariſt. multoties legimus, quoniam cum ens in potentiam, & actum diuidat, ſimiliter vnum, in actum, & potentiam diuidendum eſt. quam quidem potentiæ vnitatem reſpectu formarum materię damus. ſuæ autem naturæ reſpectu poſitiuam vnitatem aſſerimus. hinc ſuperiores ſententiæ, poſſunt conſiliari materia (inquam) ipſa duobus modis, ſpectari poteſt, vel reſpectu ſuę naturæ, quomodo cum ſit ens ſua natura poſitiuum, & imperfectum, erit ſua natura vna poſitiue & vnitate imperfecta, vel ipſam ſpectabis, vt ad alia refertur, hoc adhuc bifariam eſt, vel vt ſua eſſentia, cum referatur ad formas & illarū relationes, non eſt nec eſſe poteſt vel aliqua

forma

A forma vel alicuius formę priuatio, qua ratione vna negatiue, ab Alexandro, merito dicebatur, vel vt nata est, & apta recipere omnes formas, sua natura, illarum formarum nulla existente, qua ratione vna vocabitur materia priuatiue, atq; potentia, vt paulo superius monuimus, & sic forte intellexit Auer. sed mihi videntur omni reprehẽsione hi non vacare. debuissent. n. verã materiæ, vnitatem positiuã & respectu suæ naturæ, non autem illam, quæ illi competit respectu formarum, considerare, & animaduertere. quælibet enim res prius sua natura est, mox ad alia refertur. quare vna erit materia prima vnitate imperfecta positiua, quæ correspondet suæ essentiæ positiue, verùm ipsa merito specierum, in plures portiones, & in quolibet ente naturali, reperitur, non quemadmodum est ipsum vniuersale, vt docuit Alexander, quẽadmodum supra monuimus. 2. Naturalium quæstionum, sed locus, ad quem ventum est, nos monere videtur, postquam materia est vna, & in quolibet ente naturali, eam aggredi difficultatem num & ipsa in corpore cœlesti sit. est enim corpus cœleste ens naturale vt 1. & 3. Cœli monuit Arist. quæ tametsi commodius, vna cum illa ambiguitate, num mentes diuinæ, corpora in girum lata informent, atq; illis (vt aiunt) dent esse, num etiam si præter mentes abstra B ctas alia forma in ipso cœlo sit, in libris de cœlo qui nunc in lucem edendi sunt, consideranda est. nil forte tamen erit superfluum postquam occasio se nobis ottulerit, de hac difficultate pauca verba facere. *quæst. vlt.* *Tex. 8.* *Tex. 1.*

Num materia corporum diuinorum, eiusdem sit rationis cum hac nostra sublunari, & caduca.

Opinio Io. Grammatici, Auicennæ, & Egidij. *Cap.* XIIII.



Res itaque ex peripateticis, hi viri, non quidem infimæ classis, Io. Grammaticus apud Græcos, Auicennas apud Arabes, Egidius ex Latinis asserũt, corporum diuinorum, eandem fore materiam, eiusdem rationis, cum hac C nostra entium sublunarium caduca, & morticinia materia: nec propterea cœlum apud Arist. corrumpi & interire dicunt, variis innixi principiis, vnusquisque secundum propriam sententiam, vtrunque in Arist. doctrina & cœlum non corrumpi, atque materiæ nostræ particeps esse tuentur. Egidius ergo (vt ab ipso ordiamur) eiusque asseclæ apud Arist. fatentur duo, alterum in corpore diuino, eandem cum hac nostra esse materiam: alterum verò nec propterea cœlum corrũpi necesse est, quoniam ex appetitu materiæ prouenit corruptio quem habet ad aliam formam, quemadmodum 1. Physi. docuit Arist. materia verò quæ est in corpore cœlesti, & si huius nostræ portio sit illa quam habet forma, satiatur, expletque omnem eius appetitum ad vlteriorem formam recipiendam, quoniam perfectissima est, qua ratione illa materia corporum diuinorum, omnis appetitus satietatem, ad vlteriorem formam recipit à forma cui actu subest corporum diuinorum, quare vlteriorem formam, appetere nequit, quare nec corruptio in cœlo erit: hoc verò est secundum eorum dictum. primum verò eorum enunciatum ita probant, in quocunque reperiuntur accidentia, quę materiam primam insequuntur, intrinseca D ex natura rei & essentialia, ibi vt materia reperiatur necesse est, atqui in corpore cœlesti accidentia reperiuntur, quę materiam insequuntur intranee, & essentialiter: ergo in corpore cœlesti, materia eiusdem rationis cum nostra erit. secunda propositio rarum, densum, sunt accidentia, quantitas, quæ materiam essentialiter insequuntur, vti ex definitione horum patet, in 2. de Ortu & Interitu ab Arist. data. Rarum autem in corpore cœlesti reperitur, vt pars cœli non stellata: densum verò vt pars eius stellata, vt in de substantia orbis testatur Auer. Ad hæc quæcunque mutuo comparantur habent communem materiam, vt 2. de Ortu & Interitu, in Empedoclem Arist. dixit, si elementa, inquit, mutuo comparantur, materiam habent eandem: corpora porrò diuina, & hæc inferiora mutuo comparantur: dicimus enim, sol est maior terra centum septuaginta vicibus, terra se habet vt punctus, respectu firmamenti, ergo corpora diuina eiusdem rationis, cum hac nostra materiam claudunt. Præterea à materia corporum diuinorum, & horum inferiorum à materia, similiter ope intellectus eorum omnium circũscriptis formis, solis materiis in vtrisque manentibus. Quæritur tunc aut istæ materiæ idem sunt, aut differunt. non secundum dandum est, quoniam omnis *In proprio tractatu de materia cœli, item Argenterius, Tho. 2. sententiarũ dist. 12. particula 3.* *subst. orbis* *Tex. 6.*

distinctio, 7. Diuinorum est à forma, at istæ sunt materiæ : & per suppositum, sine formis, E
Tex.49. mente conceptæ, igitur non distinguuntur. Quare primum dandum est, hanc & illam eandem esse materiam, & non differre. Ad hæc suscipiatur, primum, eandem esse magnitudinem terminatam & interminatam, vt ex Auer. infra planum faciemus. suscipiatur aliud, magnitudinem in materia, velut eius affectionem reperiri. his quidem susceptis, ita instamus, in corpore diuino, magnitudo est finita & terminata, quoniam ipsum est corpus finitum ex 1. de Cœlo, ergo in ipso interminata magnitudo erit per primum suppositum : eadem enim est terminata & interminata magnitudo, quare ibi erit materia prima per secundum suppositum. Demum quæcunque differunt numero, & conueniunt specie, habent materiam primam : corpora porrò cœlestia mutuo differunt numero & conueniunt specie, ergo corpora cœlestia habent materiam primam. prima autem propositio ex Arist. plana est 12. Diuinorũ.
Tex.49. secunda autem propositio ab Auer. comprobatur in 2. Cœli Arist. ita ratiocinante, Luna est
Commen. 49. & 59. sphærica, ergo omnia astra sunt sphærica, hæc ratio, inquit Auer. nullius est momẽti in Auicen. nisi supponatur corpora cœlestia eiusdem esse numeri, & differre specie. Amplius quodcunque illud est in prædicamento substantiæ compositum est ex materia & forma: corpora in girũ lata sunt in prædicamento substantiæ, ergo sunt composita ex materia & forma. prima propositio est Auer. in isagogis Porphyrij. secunda propositio ita probatur, cœlum est corpus, corpus est genus supremum substantia. apud Auer. ergo cœlum est in substantiæ prædicamento, quare compositum ex materia & forma. Item philosophus 7. Diuinorum, F
Tex.5. solem, lunam, reliqua corpora diuina, in prædicamento substãtiæ ponit. quare apud Auer. corpora cœlestia composita erant ex materia & forma. Rursus quæcunque conueniunt definitione, conueniunt essentia. definitio enim essentiam notificat, atqui materia corporis in girum lati, & hæc nostra, eandem habent definitionem, quoniam philosophus largiens 1. Physic. materiæ definitionem, ipsam esse asserit, ex qua fit aliquid, cum insit primo & per se, non secundum accidens, quæ quidem definitio materiæ, corporis diuini, competit. est enim ex qua fit corpus diuinum cum in illo insit, per se, & non secundum accidens, accedit quod nullibi materiam definiuit Arist. nisi in 1. Physic. Quare habebunt eandem definitionem, ergo eandem essentiam, materia cœli, & horum inferiorum habebunt. postremum instat Auic. si materia cœli, esset alia, ab hac nostra, duę forent materiæ primæ, quod est contra philosophum 1. Physi. & 2. Diuinorum. Quare vna erit omnium rerum materia, sublunarium, & corporum cœlestium. Rursus omne quod proprie mouetur, habet materiam primam, 2. Diuinorum. materiam (inquit Philosophus) in omni eo quod mouetur, intelligere eam necesse est, modo cœlum mouetur, ergo habebit materiam. Demum multæ sunt Arist. sententiæ, quæ hanc opinionem confirmare videntur. 3. enim Cœli, hæc verba habet. G
Tex.1. quoniam autem eorum, quæ natura dicuntur, hæ quidem sunt substantiæ. hæ autem operationes, & passiones horum. dico autem substantias quidem simplicia corpora, vti ignem, & terram, & eiusdem generis elementa, & quęcunque ex his, puta, etiam totum cœlum & partes eius. & iterum animalia & plantas, & partes ipsorum. Rursus 2. de Generatione &
Tex.51. Interitu. hęc verba, inquit, Sunt enim & numero ęqualia, & genere eadem principia, quæ in sempiternis & in primis. hoc quidem enim est vt materia. hoc autem vt forma. oportet autem adhuc & tertium existens. Quare eadẽ met corporum diuinorum cum hac nostra materia, quæ tamen corpora diuina si materiam claudunt : principium interitus, vti hęc nostra entia morticinia, non tamen intereunt vt illa. satiatur enim forma illa perfectissima corporum diuinorum materia, omnemq; suum explet appetitum propter suam perfectionem, ne vlteriorem formam desideret : entia vero nostra morticinia nullam possunt reperire formam, quæ materiæ appetitum satiare possit, qua ratione vlteriorem appetit, & sic ortus, & interitus, causa est. Quare cœlum sua natura corruptibile est ob materiam principium interitus quam claudit : fit tamen perpetuum à forma eius appetitum satiante. Nunc autem quæ sint Io. Grãmatici, quæ videntur habere maiorem efficaciam, rationes prosequamur. vt ipse in lib. contra Proclum autor est : & similiter Simplicius refert in 1. cõm. de Cœlo. & in 8. Physic. assignat autem duo : quemadmodum & Egidius, sed non eidem quo ille nititur fundamẽto, alterum in corpore orbiculari, eundem fore cum hac nostra materia. alterum autem perpetuum ipsum fore : non quoniam forma illa satiatur, sed illud est voluntate Dei, qui infinitæ est potentię, atq; infiniti vigoris, atque hæc est etiam Platonis sententia in Timeo cuncta sua natura posse non esse : id tamen non esse Dei infinita potentia, ergo sua natura H

tura

A tura cœlum corruptibile ob materiam quam principium interitus in se claudit ab infinita, qua pollet Deus potentia, æternum efficitur, quam sententiam multis Grammaticus rationibus persuadet, materia est principium, quo res non esse potest, 7.Diuin.Cœlum potest non esse, ergo cœlum claudit materiam. secunda propositio ab eodem ita probatur, nullum corpus finitum habet virtutem infinitam, quemadmodum 8.Physic. patet, corpus diuinum finitum est 1.Cœli, ergo habet virtutem finitam, qua finiri & deficere potest, & per consequens, materiam claudit, qua potest non esse. Amplius, omne compositum, dissolui potest: quemadmodum Plato in Timeo testatur. corpus autem quod in girum fertur, est compositum, ergo materiam claudit, qua dissolui & interire potest. Rursus quodlibet corpus est in infinitum diuisibile, vt 1.Cœli, & 1.de Ortu patet. cœlum autem est corpus, ergo diuidi potest, quare diuidatur ad quandam cœli magnitudinem deuenire nos oportet, quæ cum vlterius diuiditur corrumpi necesse est, quēadmodum de qualibet re ita diuidua ad sensum patet, nec tamen illud obstat, cœlum actu diuidi non potest. saltim enim hoc mente dabitur, vti materia prima, omni forma mente priuata cōcipitur, licet reuera, ipsa perpetuo sub B formis in rerum natura reperiatur, ergo pars illa cœli vt corrumpatur necesse est, ergo & totum cœlum. eadem enim est ratio totius & partium. Ad huc quæcunque aliqua causa indigent vt sint necessaria, per se non sunt, sed propria natura possunt deficere, sed cœlum materia constat, ergo vt sit, materia indiget. Quare sua natura deficere possunt diuina corpora, materiam ergo claudunt, qua ipsa non esse valent. Adhuc, aut partes cœli sunt finitæ aut infinitæ virtutis? non infinitę, quoniam tunc cœli pars posset sua natura, & sine toto existere. infinitum enim sua natura subsistere potest, atqui cœli partes sua natura subsistere non possunt. partes enim ad totum sunt relatiua, ergo cœli partes infinitæ non sunt. quare finitæ. igitur totum cœlum finitæ potentiæ erit, ergo materiam interitus principium claudit, qua finiri & deficere potest, hoc idem ita rursus potest probari, aut partes habent æqualem vim cum toto, aut maiorem, aut minorem, non ęqualem. semper enim totum est partibus suis longe pollentius, nec ob eandem rationem minorem virtutem, quàm partes habere potest, nec maiorem, quoniam non datur infinito maius, ergo partes cœli finitæ sunt virtutis. quare & C totum cœlum materiam claudit, qua ipsum non esse & finiri potest, atq; hęc est horum virorum sententia.

Horum positiones refelluntur. *Cap.* XV.



CÆTERVM quæ hi viri asserunt: nullam firmitatē in Arist. doctrina habent. verum, quoniam (vt dictum est) duo affirmant, alterum (vt dictum est) eandem fore in cœlo materiam, alterum vero corruptibile cœlum, natura sua. æternum autem fieri, vel ab anima, materiæ appetitum satiante, vt somniauit Egidius, vel à voluntate Dei, vt credit Grāmaticus. nos autem primum eorum dictum euertemus, postremum alterum Philosophus 12.Diuinorū, ita ratiocinatur, si essent numero differentia, & specie conuenientia veluti homines prima mouentia essent plures primi cœli, ergo haberent materiam. quare corrumperentur. ex hoc igitur Arist. ratiocinio, patet in cœlo, non fore materiam, quoniam corrumperetur, auxilium D vero quod sibi ipsis præstant, nullum est. Quoniam si dicerent perpetuari cœlum, quāuis claudat potentiam contradictionis, & corrumpi potest ab alio vel ab anima, vel à voluntate Dei, vt illi credunt, sic diceretur Arist. corpora in orbem lata differētia numero fore & specie conuenientia, materiaq; claudere, principium interitus, non tamen corrumpi ipsa necesse est, quoniam æterna ab alio redduntur, & sic ratio philosophi esset sophistica. Rursus Arist. 9.Diuinorum ita ratiocinatur: si in sempiternis, esset potentia ad esse, igitur & ad non esse. omnis enim materiæ potentia, contradictionis est, quare si cœlum hanc materiam clauderet, non foret. quodcūque autem ipsi dixerint, semper sequitur quòd ratio Arist. esset sophistica. ergo eorum positio non est peripatetica, similiter alia est 9.Diuinorum Arist. ratio: si corpora, inquit, diuina materiam clauderent mentes abiunctæ, in mouendo laborarent: vnde si horum positio, esset peripatetica, nullius momenti essent hæ rationes Arist. sed sophisticæ, & decipientes forent, ergo istorum positio nō est peripatetica. Adhæc Arist. testimonia adducamus, ipse enim 12.Diuinorum hæc habet verba: omnia materiam habent, quæcūque transmutantur sed aliam & sempiternorum, quęcūq; non generabilia. mobilia autem latione &

Tex.22.
Tex.49.
Tex.17.
Tex.10.

ne, & iterum corpora cœlestia non generabilem habent materiam, sed vnde, & quo. Rursus E
Tex.12. 8.Diuin.inquit,quoniam pluribus modis,dicuntur causę, omnes oportet dicere causas contingentes vti hominis, quę causa est, vt materia, menstrua, quid autem mouens sperma, vt species quod quid erat esse, quid vt cuius causa, finis. forsitan autem hęc ambo idem. oportet autem, & proximas causas dicere quę materia non ignem, aut terram, sed propriam circa naturales quidem substantias, & generabiles necesse est versari siquis recte versatur, si profecto hę causę, & tot,& oportet causas cognoscere in naturalibus quidem sempiternis,aut substantiis,alia ratio. forsan enim quędam non habent materiam, aut non talem, sed solum secundum locum mobilem. Rursus instat Auer.1.de substantialibus, cœlum ab his inferioribus
Tex.14. specie, & genere,differt, quemadmodum æternum à caduco,10.Diuinorum. ergo principia cœli, quemadmodum materia,& forma, quę ad esse rei naturalis requiruntur,specie & genere, ab his differunt. quare cœlestia, nequaquam habebunt materiam eiusdem rationis, cum hac nostra.Demum si materia corporum cœlestium, eadem cum hac materia existens, interitum non pateretur, quoniam illa forma satiaretur : illud eueniret incommodum, vt apud Arist.daretur infinitum in actu. quod autem consequitur,vno prius sumpto, probatur F
quodcũque æquiualet infinito, infinitum est, tunc ita ratiocinamur, materia cœli, habet ad formas infinitas recipiendas futuras,appetitus infinitos, forma autem cœli, illum appetitũ, quem habet infinitum, ad formas infinitas recipiendas materia explet & satiat, ergo forma æquiualet omnibus infinitis, quoniam alia ratione non satiaret eius appetitum. igitur ipsa est infinita. at quicquid inabstracti est, in actu est. igitur daretur infinitum in actu. Adhuc si morticinij entis materia, eadem esset in corpore diuino : Deus apud Arist.infinitę esset potentię, quod tamen peripatetici non sentiunt, & nos demonstrauimus in nostris de cœlo,
Tex.20. Cõm.probatur consequentia, Philos.in 1.Cœli, causam interitus cognouit bifariam,alteram extrinsecam nempe contrarietatem.omne enim quod corrumpitur à contrario corrumpitur, vt in primis probauit sermonibus : alteram vero intrinsecam materiam nempe,ergo si est aliquod quod natura sua corrumpitur,illud tamen non corrumpitur: potentem aliquam habet causam agentem,quę resistit illi contrario corrumpenti. ergo si non corrumpitur per interuallum quatuor dierum, habet virtutem, quæ resistit corrumpenti, quatuor dierum. si autem tempore infinito, non corrumpitur,virtutem aliquam infinitam, necesse est esse,quę resistat infinito tempore,contrario corrumpente tempore infinito. quare in actu, potentia aliqua infinita foret,siue sit Deus, siue alię causę.confirmatur eodem cõm.de Cœlo.dixit Philosophus : cœlum non corrumpi, quoniam caret contrario, & subiecto,ergo si subiectum corruptionis,materiam,s.haberet, cœlum corruptibile foret, nec illorum refugium valet satiari ab illa forma, quoniam tunc ratio philosophi nullius esset momenti. Adhuc, rationem philosophi, in calce 1.cõm.de Cœlo mutuemus, si per hos portio materię primę, est in cœlo, eiusdem rationis,cum hac nostra : accipio hanc portionem, atque eam, iuxta suam naturam contemplor. hęc materię portio, potestate est ad omnes formas suscipiendas, iuxta suam naturam consideratam, vt ipsi etiam testantur, ergo si possibile est, quo posito in actu, non sequitur id, quod fieri non potest. bene autem falsum,vt 1.Priorum,& 1.Cœli,monstrauit philosophus, ponatur in actus, ergo portio illa materię, sub aliis formis erit, sed ipsa semper cum forma cœli instat. quare in eodem tempore, foret simul,& non foret cœlum. foret quidem, quia ęternum, quod est omni tempore ens. non foret autem,quia sub aliis formis eius H
potestate rei supposuimus in actu producta est. Amplius, tunc cœlum foret ignis, vel aliquod sublunare ens, quoniam materia illa iuxta suam naturam, considerata : potentia est ad formam ignis,vel alterius alicuius corruptibilis entis, ergo aliquando erit materia cœli, sub igne, vel sub aliquo ente corruptibili : & sic cœlum apud Arist.non foret ęternum. omnis
Tex.31. enim potentia Physica,in actum reducitur apud Arist.1.Cœli, & 3.de Anima. Rursus à quo-
Tex.19. cũq; remouetur aliquod prędicatum essentiale, ab illo remouetur & illud, cuius est prędicatum essentiale: sed à corpore diuino, remouetur prędicatum essentiale materię primę. igitur remouetur materia prima. secunda propositio ita probatur, essentiale prędicatum materię,
Tex.22.& est potentia,& non esse 7.Diuinorum, sed apud hos, in cœlo non est potentia ad vlteriores
tex.8. formas, quia satiatur ab illa forma, portio materię, ergo ibi non erit materia. Adhuc, omne compositum ex materia prima, est de nouo factum, quemadmodum probat Auer.in Auicẽ-
Cõm.18. nam,12.Diuinorum. at corpora diuina,apud Arist.non sunt de nouo facta. igitur non claudunt materiam.Amplius,forma cœli, ex eo quod est nobilissima, omnium aliarum formarum satiat,

A rum satiat, & explet, materiæ appetitum, vt illi aiunt: hac ratione vt in infinitum cœlum durare potest tempus: ergo materia, sub nobiliori forma, longiori tempore, deberet durare, quàm sub alia, quæ non est ita nobilis. quoniã si ratio propter quam cœlum est æternum, est propter formæ nobilitatem, quæ valet materiæ appetitum satiare, nobilior aliqua forma, magis deberet satiare, & diuturniori tẽpore durare, quàm ignobilis. Huius tamen oppositum, experientia patet. omnium enim formarum nobilissima, anima humana est, & minore tempore existit, quàm alia forma ipsa longe ignobilior. elephas enim (vt narrat Philosophus) de historia Animalium: ducentos, & trecentos annos viuit. ignobilissima demum metalli, & lapidis forma, longiori multo tempore persistit, quàm forma viuentium. Adhuc diuersarum & genere, & plusquàm genere formarum, diuersæ & genere, & plusquàm genere, sunt materię: 2. Physic. at qui forma corporũ Diuinorũ, & genere & plusquàm genere vt æternũ à caduco 10. Diuin. ab his inferiorũ formis differt, ergo materia corporũ diuinorũ, & hæc genere, & plusquàm genere differũt. præterea id quod est sua natura, tale cuicũq; cõparatur, semper erit tale. at materia sua natura, est causa interitus: est. n. perpetuo, & vna numero, cum priuatione B admixta. ergo respectu etiã formæ cœli, materia erit interitus causa. Demũ vel cum illa cœlorũ materia, admixta est priuatio vel nõ. si secundũ dabitur, habemus id quod intendimus. nec. n. ibi foret, prima materia: cũ vna numero, existit cũ priuatione, & quę vnũ numero sunt, mutuo separari nequeunt. quare cum ibi non sit priuatio, nec erit materia. si primum dabunt, ibi erit interitus necessario, cum priuatio interitus causa est, ex 1. Physic. ergo ibi, nullo pacto, erit eadem cum hac nostra materia. Rursus, quicũq; parti similari, competit per se aliquid, ergo & toti. sed portioni materiæ, quæ est sub ipsa terra, competit per se plures formas recipere, & sub pluribus aliis esse formis: ergo & toti materiæ, hoc necessario competit. quare cum per hos, materia cœli, sit portio nostræ materiæ, & ipsa nequaquam forma illa erit contenta, quemadmodum nec aliis materiæ portionibus, sed alias formas recipiet, atq; sub aliis formis erit, vel fateri coguntur, eandẽ naturam, materiæ in corporibus diuinis, non esse, quemadmodum in nostris inferioribus. Præterea, ea quæ habent eandem materiam, eiusdem rationis, mutuo agunt, & patiuntur: atqui corpora diuina, & hæc inferiora, mutuo nequaquã C agunt, & patiuntur, vt 1. Cœli, & 1. de Genera. & Interitu Arist. monstrauit, ergo non habent eandem naturam, materiæ vniuocam, corpora diuina, cum his inferioribus. prima propositio ex 1. de Genera. & Corrup. pluribus ab Arist. probatur. Adhæc portio materiæ, quæ substernitur in cœlo Lunæ, aut est potentia ad formam Saturni, vel non. si secundum dabunt, habetur intentum 2. enim de Genera. & Interitu, quæ, inquit, eandem materiam habent mutuo transmutantur. si primum dabunt, ergo ponatur in actum cum sit potentia, quæ ad actum si reducitur, id quod non potest fieri apud Arist. non sequitur. bene autem falsum 1. Cœli, & 1. Priorum patet. quare cœlum Lunę, tunc corrumpetur, & omnia alia corpora orbicularia. Demum percontatur ab his, num lunæ materię ita satiatur portio. quemadmodum illa Saturni, vel portio materię lunę, minus satiatur, quàm illa Saturni. si primum dabunt, ergo ęqualis esset perfectionis, forma lunæ cum illa Saturni. si magis portio Saturni satiatur, quia est perfectior forma Saturni illa lunę. tunc quærimus: vel portio lunę, materię, potest satiari, quemadmodum illa Saturni, vel non: si non, ergo nõ erunt eiusdem rationis. quicquid enim competit vni, competit & omnibus eorum quę sunt eiusdem rationis. quare non omnia cor D pora diuina, eandem habebunt eiusdem rationis materiam, si habet potentiam ad illam recipiendam, ergo aliquando ad actum reduci illam oportet. &, quod supra dictum est, sequitur incommodum, vel potentia aliqua naturalis specifica frustrabitur, quod Deus, & natura nõ faciunt, ex 1. Cœli apud Arist. constat, an forte materiæ portio lunę ęmulabitur, perfectionem suę ęqualis portionis materię Saturni? quod valde ridiculum est. quare horum primum dictum vanum est, nec minus apud Arist. secundum eorum dictum, ridiculum, & vanum est. cœlum, s. sua natura, corruptibile, ab alio reddi ęternum. nullum enim sua natura, possibile, & quandoq; ens, & non ens, fieri ab aliqua causa ęternum, & semper ens potest, vt in calce 1. Cõm. de Cœlo Arist. demonstrauit, sed hoc non caret difficultate. apud. n. Arist. multi contendunt, possibile etiam ex se, ab alio posse fieri æternum. quare & vt nil sit, quod in hac nostra tractatione, desiderari possit, consueta philosophantium via propositam difficultatem aggrediamur, aliorum prius de hac re relatis sententiis, mox autem quid nos apud Arist. sentimus, adiiciemus.

Tex. 26. *Tex. 24.* *Cap. de agere & pati. Tex. 6.* *Tex. 32.* *& 2. Perihermenias.*

Num sua

Num sua natura corruptibile, ab alio reddi æternum poßit, opinio philosophantium. Cap. XVI.



ÆTERVM non desunt philosophi, qui in Arist.doctrina tuentur, multa possibilia, & sua natura nō esse: quod tamen ab alio, eterna reddi possunt: quod quidem multis persuadent. & primo, sicut substantia se habet ad ortum, ita ad interitum: sed multæ sunt substantiæ quę natæ sunt oriri & gigni, quæ nunquam oriuntur nec gignuntur, ergo multas substantias esse, quæ natura sua corruptibiles sunt, nunquam tamen corrumpi. non enim videtur maior ratio de ortu quam de interitu. Quod autem sint multa, quæ nata sunt gigni
Com. 120. & nunquam gignuntur, ex Auer.planum reddunt 1.cōm.de Cœlo: forma, inquit, tempore instincto præesse potest in materia, quæ tamen ad actum nunquam ducitur, quod etiam ex
Tex.64. Arist.patet, ac si à proposito rem hanc tractante 2.de Gener.& Interitu. futurus enim, in-
1.Periherme. quit, quis incedere non incedet, quare possibilis est in aliquo incessus qui nunquā incedet. F
Adhæc pars ignis conuexa, quę tangit orbem lunę, corruptibilis est. habet etenim materiam quæ sola apud philosophos causa interitus est. nunquam tamen corrumpitur, ergo possibile esse corrumpi, ab alio ęternum reddi potest. quod enim non corrumpitur, ille ignis ita probatur vel corrumpitur in loco vbi est, vel extra locum, in vbi est? quia omne quod corrumpitur ab alio corrumpitur, à cœlo corrumpi non potest: tum quia cœlum ipsum seruat, vt locus locatum: tum quia suo motu ipsum in caliditate propria, magis conseruat: tum quoniam omne quod corrumpitur à contrario corrumpi necesse est. cœlum autem igni non est contrarium. alterius enim est naturę & contraria sub eodem genere poni debent. Quare à cœlo non corrumpitur, nec quidem ab alio igne, quia ille alius ignis non est contrarius, cuius merito est corruptio: ergo in loco vbi est corrumpi à nullo potest, nec extra locum. Nam vel sua natura extra locum ille ignis tenderet, vel ab alio coactus: non sua natura, quoniam leue natura sua non petit deorsum, nec quidem ab alio. Ibi enim nullum apparet corpus nisi orbiculare cœlum, quod ipsum legere deorsum non potest. vel enim illud faceret tundendo, & premendo, & tunc omnes lineæ ductę à centro ad circunferentiam cœli non essent ęquales, vel lumine & motu, quæ peculiaria corporum diuinorum sunt instrumenta G
apud Arist. quibus in hęc illa agunt, & hoc nec fieri potest. motus enim & lumen cū apud Arist.calefaciant, solum ignem illum calefacerent magis, atque subtiliarent & rarefacerent. vnde tantum abest, vt à cœlo, hisce instrumentis, ignis deorsum detrudatur, quod etiā magis sursum peteret, quare ignis ille sua natura corrumpi potest, tamen corrūpitur nunquam, ergo possibile ex se ab alio est ęternum. Adhuc elementa secundum eorum vniuersitates corruptibilia sunt: habent enim materiam, & contrarium, quæ causæ sunt corruptionis, tamen illa ęterna sunt, ergo possibile sua natura ab alio reddi ęternum potest. Adhęc, si omne possibile sua natura ad actum reduceretur, & ab alio ęternum, reddi non posset, multa euenirent incommoda. primo, non daretur in natura frustratorium, nec contingens ad vtrumlibet, nec oporteret consiliari, & negotiari. Nulla esset laus, nullumque vitium, quemadmodum abunde docuimus in nostro De prouidentia diuina libello. quod autem isthęc absurda sequantur, ita probatur. frustra enim illud ab Arist.in 2.Physi.dicitur, quod est actum
Tex.62. natum propter finem, & illum non pertingit: quare si omne possibile reduceretur ad actū, H
necessario cuncta ex necessitate erunt, & semper quælibet res attingeret finem suum. Adeo id quod frustratorium dicunt, non daretur. Similiter, si quodlibet possibile ad actum reduceretur, contingens ad vtramlibet non esset nec consilium hominis aut negociatio eius valeret. cuncta enim possibilia per aduersarios in actum necessario reduci oportet.



Refellitur

Refellitur opinio ac eius rationes vertuntur. Cap. XVII.



Ed hi, num recte sentiant, prosequamur, atq; asserimus in Arist.doctrina sua natura possibile, ab alio reddi perpetuum non posse: quod quidem planum faciemus, si quid sit natura possibilis, necessarij, & impossibilis, prius prænoscamus. Arist.ergo in calce primi cõm.de Cœlo, Platonem volens arguere, qui mundum sua natura, corruptibilem, ab alio ęternum fore aiebat, pręaccipit, necessarium illud fore quod semper ens est, & in omni tempore ens. impossibile autem illud est, quod semper non ens, & in nullo tempore ens, ex quorum necessarij & impossibilis rationibus, quid sit natura possibilis patet: quoniam medium est inter semper ens & semper non ens, scilicet quod sit quandoque ens, quandoque non ens. Accipiendum est aliud, ex eodem cõm.de Cœlo, & ex 1. Periherm. & 1. Priorum, quod possibile in esse posito nullum sequitur impossibile, bene sequitur falsum. tunc ita instamus, si possibile sua natura ab alio reddi æternum posset: tunc duo contradictoria de vno verificarentur. hoc autem ita probatur, quoniam possibile est quandoque ens, quandoque non ens necessarium, semper ens, ergo idem simul esset & non esset: non esset quidem propter naturam possibilis: semper esset, propter naturam necessarij. modo illud est possibile, quo posito non sequitur impossibile, sed si ponamus possibile ex se fieri ab alio æternum: sequitur impossibile, duo scilicet contradictoria esse simul vera. Quare impossibile erit, possibile ex se ab alio fieri necessarium & ęternum. Adhæc nullum oppositum transit in naturã alterius oppositi, sed possibile est oppositum ipsi necessario: quoniam possibile quandoque ens, quandoque non ens: necessarium verò semper ens. etenim tempore ens, ergo possibile nunquam fit necessarium. Rursus, quod est sua natura tale, respectu cuiuscunque, semper erit tale, sed possibile sua natura, est quandoque ens, quandoque non ens: ergo respectu cuiuscunque causæ semper erit, quandoque ens, quandoque non ens; quare à nulla causa, quæcunque sit illa apud philosophos, potest possibile ęternum & necessarium reddi. Quod totum firmat Alex. auctoritate Platonis, & aliis demonstrationibus 1. naturalium Quæstionum: sed obiicies, motus cœli apud Auer. 12. Diuin. sua natura est possibilis vt corrũpatur: ęternus tamen redditur ab alio: quoniam est accidens, cuius & esse & ęternitatem, semper ipsum ab alio recipit, nisi esset (vt ibidem monet Auer.) quod in accidentibus non est vera propositio possibile ex se, ab alio non redditur ęternum: sed duntaxat in substantiis, quo pacto illam in Platonem, sub fine 1. de Cœlo, in ortu substantiæ mundi vsurpare videtur: sed hanc Auer. responsionem multis molestant iuniores, quæ omnia separato loco, simul & alias rationes hoc demonstrantes, in cõm.de Cœlo excutiam. Age verò vno prius sumpto, quãti sint aduersariorum rationes momenti videamus. Hoc autem illud est, contingens trifariam dicitur, vt auctor est Auer. 2. Physic. & Arist. 1. de interpretatione, quoddam est contingens vt plurimum quod in maiori parte natum est euenire, quoddam est cõtingens raro, quod in minori parte, natum est etiam euenire: quoddam vero est contingens ad vtrũlibet, quod ideo dicitur, ex æquo contingens, quoniam habet naturam, non magis ad vnum, quàm ad reliquum effectum oppositum. si verò magis hunc quàm illum effectum producat, merito est causę agentis magis ad hunc, quàm ad illum effectum impellentis. Hæc vero ex ęquo potentia, non reperitur secundum Auer. in Auicennam, nisi in potentiis passiuis, non autem in aliquo agente. nullum enim tale reperitur agens ex ęquo quoniam vel nullum effectum producet, vel simul oppositos producit. ergo hæc potentia, quæ in materia ex æquo reperitur, & ex illa generabile generatur, duplex est, altera, quæ respicit formam hanc determinatam, ab agente inductam, vt potius hanc, quàm illam formam, recipiat, quæ etiam respectiua à nonnullis dicitur: quæ potentia, ad actum necessario reduci debet, sed hæc necessitas est ex suppositione, si nempe non sit aliquod impedimentum, quòd generabile non generatur secundum intentum agentis, & sic efficitur casus, & monstrum, quæ omnia vel ex abundantia, vel ex defectu materiæ, proueniunt. altera verò est potentia, quæ non magis hanc, quàm illam formam respicit, sed vniuersam formam. & vocatur à latinis vniuersalis, & fundamentalis potentia, secundum quam aliquod nec oritur, nec interit. prætерea sciendum, generabile quod potentiam claudit, habet ex se, vt non magis generetur secundum hanc formam, quàm non generetur secundum hanc, sed secundum illam. quare omne generabile, necessario generabitur,

Cap. 18. Cõm. 41.

Cõm. 48.

nerabitur,& vt ſic nec eſt contingens,& poſſibilis natura, ſed neceſſaria. contingens vero & E
poſſibilis eſt,vt reſpicit hanc rem illam formam, quo pacto & effectus fortuiti, & monſtra, in
rerum natura contingunt. His itaq; ſic iactis : ad eorum rationes ſoluendas accedamus, ad
primam quidem dicimus, formam tempore infinito, præfuiſſe in ipſa materia, non quidem
potentia reſpectiua, ſed vniuerſali, quoniam materia ſecundum hanc indifferentem poten-
tiam,ab æterno,& tempore infinito,apta erat nata hanc formam, quam habet nunc, recipe-
re. ſi autem illam non recepit;illo tempore, in cauſa fuit ipſum agens, quod materiam ſua
natura, indifferentem,& ad omnia natam & aptam, non diſponebat & præparabat,ad philo-
ſophi ſententiam, ex 2.de Ortu & Interitu, ſumptam, dicendum puto, poſſibile eſſe vt quis
incedat, tamen non incedet : quoniam natura poſſibilis eſt vt non magis ſit hoc, quàm illud
apta, euenire : ſed quod nobis magnum negocium faceſſit, vt verum fateamur, eſt de igne
tangente orbem lunæ ſumptum argumentum, quod ab Ariſt.in primo cap.de Longitudine
& Breuitate vitæ, excitatur, & ab eodem ſoluitur, & à continente ignem illum corrumpi aſ-
ſeuerat. quid autem per continentem intelligat,ex latinis aliqui,intelligunt cœlum,quod cō-
tinet ignem,& eſt eius locus. ſed cum vidiſſent quòd quicquid corrumpitur, à cōtrario cor- F
rumpitur,cœlum autem igni nequaquam contrarium eſt, tum quia eſt eius locus, cuius eſt
conſeruare locatum, tum quia eiuſdem materiæ, cum igne, cœlum non eſt particeps, cuiuſ-
modi contraria ipſa ab Ariſt.definiuntur. Dixerunt cœlum igni eſſe contrarium, virtualiter,
non autem formaliter. per motum enim cœli,aliqua ſtellarum configuratio efficitur,quæ per
influxum,ab illa cauſarum,ipſi igni,contrarium redditur cœlum. Quare & ignis, ab ipſo cœ-
lo corrumpi poteſt : ſed horum ſententia, vana eſt. cœlum enim apud Ariſt.vt ex 2.Cœli &
1.Meteor.patet,motu,& lumine,agit dūtaxat,quæ calefaciunt potius,quàm quicquam aliud
operantur,& ipſum ignem,conſeruabunt potius,tantum abeſt,vt corrumpant. Alexander ve-
ro in cōm.ipſi aſcriptis,ſuper librum citatum de Longitudine, & Breuitate vitæ, duplicem
excogitauit huic argumento reſponſionem,& vtrāq; ex textu Ariſt.depromptam exiſtimat.al-
tera vero reſpōſio eſt,ꝙ quemadmodum hic ignis noſter,alitur,ita & ille ſuperior,alitur etiā.
vbi autem alimentum eſt,& id quod nutritur, fit excrementum, quod contrarij rationem ſu-
bit, & ſi nihil aliud, hoc ſaltem ei contrarium ſupra fuerit . quòd ſi contrarium adeſt, & pu-
gna committitur, eo quod ad eam ſequitur interitus,probat vero quod & etiam manifeſtum G
eſt excrementum, quod ex alimento exciditur ei, quod alitur, contrarium eſſe. à contrario
enim perpetuo mutatio fit. Nam ſi primum alimentum, contrarium eſt ei, quod alitur, vt in
1.de Ortu & Interitu docuit Ariſt.excrementum vero eſt pars,aut reliquiæ,primi nutrimen-
ti. quare proculdubio, & ipſum erit excrementum, corpori nutriendo contrarium, vnde na-
tura eius,quod alitur,conatur excrementum ſibi aſſimilare,vnde non poteſt non fieri pugna,
& proinde ſimul eius quod ſuperatur interitus. quare apud Alex.ignis ille, corrumpitur à
contrario, ab excremento quod ibi eſt exceſſum ex alimento, quo ignis ille ſupra, vt hic no-
ſter alitur. alteram vero reſponſionem excogitauit, ignem illum qui in loco ſurſum, manet :
fore corrumpēdum,& corrumpitur,ab aere,qui ſibi contiguus eſt : ſed vtraque ſolutio, mihi
ſemper dubia viſa eſt.Ille enim ignis,nullum ibi habet alimentum,vt poſſit nutriri : nec eſt in
Cõm. 22. fine ebullitionis, vt hic noſter, quemadmodum Auer.teſtatur in 2.de Generatio.& Interitu:
alioquin vniuerſum combureret, & cętera elementa deſtrueret, cum & illis ſit longe maior,
quoniam locus eſt illorum,& continet illa,& etiam magis actiuus eſt. Nec etiam vere alitur H
ignis, cum non ſit animatus, quorum proprium eſt alij dūtaxat, quare nec excrementum ex
alimento,in igne erit. Rurſus ignis hic, qui apud nos eſt,ab excremento, non corrumpitur,
ſed vel à contrario,vel à maiori flamma,propter conſumptionem pabuli, vt eodem libro au-
tor eſt Ariſt.Ridiculum demum eſt tantum ignem, non conuertere paruum excrementum,
nec quidem etiam fatendum eſt, partes illas ignis, quæ concauum orbis lunæ, pertingunt,&
illi contiguæ ſunt, alimentum aliquod poſſe habere. nec enim exhalationes aut aeris partes ,
ibi pertingere poſſunt. quare prima Alex.ſolutio, valde ridicula eſt. Nec minus ſecunda.
quomodo enim partes,quæ contiguę ſunt, ipſius ignis ſuperioris,orbi lunæ ab aere corrum-
pi poſſunt ? à quo maximo illius partes ignis diſtant interuallo, niſi dicas vt quibuſdam li-
buit,partes ignis inferiores, ſurſum petunt iam ex aere generatæ, ex quibus & aer ipſe gene-
ratur, cum iſthæc elementa qualitatibus ſint prædita contrariis : mutuoq; propterea agunt ,
& patiuntur, & mutuus ortus,& interitus, quod perinde eſt, ſequitur. petunt partes ſubli-
miores ignis orbi lunæ contiguas,atq; illas deorſum detrudunt, vt ab aere, quemadmodum
& ipſe

A & ipsę corrumpi valeant: sed hoc vanum est. omnes enim ignis partes, cum sint eiusdem rationis, tēdunt semper sursum, & se ipsas tuentur, nec vna deiicit reliquam deorsum, cum amplissimus ille sit locus, in quo totus ignis, commode contineri potest. Rursus orbis ignis, longe maior, & pollentior, est ipso aere, quare ab aere corrumpi non potest. Demum Arist. loco citato, pręnotati libri, ignem illum superiorem à continente corrumpi dicit, quod quidem aerem intelligere non potest. est enim potius aer cōtentus & locatus ipsius ignis, quàm continens ignem, & illius locus. quapropter, vt hæc nonnulli euitarent, modernorum, ignem illum negarunt, & si Arist. vbique ipsum astruat: sed hi de facili etiam decipiuntur, quoniam eadem illos sequentur tormēta, de partium aeris orbi lunæ, quæ attiguæ sunt, interitu. quare, vt verum fatear, mihi semper, hæc difficultas, perdifficillima fuit. consulat ergo qui præsentis difficultatis, solutionem Aristotelicam, quærit, Aristotelem libro citato, & illam excitantem & soluentem: nobis autem sat est, monstrasse locum, & solutiones, quæ ad hanc difficultatem afferūtur, nullam penitus habere firmitatem. nec me latet quàm temerarium est Arist. vocem contrariam proferre: sed contenti erimus, patrocinio Alexandri, donec huius problemata, longa speculatione, & seniore & maturiore ætate, veram causam assignare poterimus.

B Interea ad reliqua pergamus. Satisfacit vero Simplicius: elementa secundum totum fore corruptibilia, sed non simul, verum successiuè, & per partes, sicut & de centro terræ, in 4. Cōm. de Cœlo idem Simplicius satisfacit. aliis vero postremis dubitationibus, vnica solutione, satisfaciemus. possibile illud enim est, quod naturam habet natam, & aptam, vt non sit potius hoc, quàm illud oppositum. quare omne possibile, necessario ad actum reducetur, sed non determinate ad hunc, vel illum actum, sed ad omnem actum. quemadmodum Arist. dicit in primo de interpretatione, contradictoriæ in materia contingenti, futuræ propositiones veræ, aut falsæ, necessario esse debent, quoniam de quolibet, aut id quod est, vel non est affirmatur. verùm non determinate ad hanc, vel illam contradictoriarum veritas, vel falsitas est. damus rursus frustratorium esse illud, quod est propter finem, & non consequitur finē, quem intendebat agens, verùm alium finem consequitur, quem agens non intendebat, & respectu illius frustra dicitur, & temere aliquod fuisse factum. quare semper possibile, ad actum reducitur

C in vniuersum: non tamen ad hunc, vel ad illum actum, quem agentes particulares intendebant. quorum in causa est materiæ vel copia, vel defectus, vt 4. de generatione Animalium testatum reliquit Arist. quare concludendum est, apud Arist. nullum ex se possibile & defecturum, necessarium & æternum ab aliqua causa, reddi posse, cuius hæc in 1. Cœli sunt verba. Manifestum est autem, inquit, & aliter quod impossibile sit, quod corruptibile est non corrumpi aliquando. semper enim erit simul corruptibile, & incorruptibile. quare simul erit, possibile & semper esse, & non semper, corrumpitur. igitur aliquando corruptibile, & si generabile est, factum est. possibile enim est factum esse & non semper esse, tametsi hęc sit Arist. sentētia. nos vero fide catholica omnia hæc falsa existimamus, atq; credimus firmiter, & nullatenus dubitamus, Deum Opt. Max. infinitæ esse potentiæ, atq; multa ex se possibilia, ab ipso fieri æterna, quemadmodum sunt rationales animæ & mentes reliquæ abstractæ, ex nihilo ab ipso creatæ, quæ sua natura, interire, & non esse possunt, nisi illis non defectionem & æternitatem à parte post tribuat. sed hæc omnia, eo dixisse volui, vt intelligant, qui peripateticam doctrinam confitentur, corpora diuina, si materiam participarent, ac sua natura, possent non

D esse, aliquando etiam fore defectura, & ab alia causa necessaria & ęterna reddi non posse. Nec me latet his omnibus longe maiorem difficultatem, sese implicare. multa. s. esse natura sua possibilia, & ad nullum actum vnquam redigi posse, vt de motu ignis in propria sphera, qui supra naturam ab istis dicitur, deque aquæ magnitudine respectu terræ, quę apud Arist. longe maior est terra, & ipsam contineat, cur nos non obruit? cum hoc sibi violente insit, iuxta hanc sententiam, quæ possibile est, vt nos obruat. nisi velis dicere (vt moderni credunt) aquam terra non fore maiorem. quod quidem non est dogma peripateticum: nunquam tamen nos obruet. quæ omnia ego alias in Cōm. de Cœlo, simul expandam. nunc verò si lubet, Grammatici, Egidij, Auicennæ rationes, quanti sint momenti, prosequere.



E

Euertuntur rationes Egidij, Auicen. & Grãmatici. Cap. XVIII.



T PRIMVM Egidij rationes, nullam firmitatem habere videntur. asserunt enim Peripatetici: eadem fore in corpore diuino accidentia, vt rarum, densum, & in ente morticinio, sed non eadem numero vel specie, aut genere vniuocis, sed analogice eadem sunt: quare & eadem materia ibi erit, quæ hic est, sed identitate analogica, non verò vniuoca: quemadmodum ipse intendit probare. similiter asserimus comparationem effici inter vniuoca, aut saltim analoga, vt 7. Physi. testatur Arist. Quare si corpora diuina cum his inferioribus comparantur, analoga sunt, & non eiusdem rationis vniuocæ. Comparat enim Philosophus in 1. Analit. demonstrationem signi, ad illam, quę est causæ, quæ tamen demonstrationes, vt apud Auer. patet, vniuoce non sunt, sed cõmunitate analogiæ: quod Auer. 2. Physi. planum fecit, cum naturæ definitio non sit vniuoca nec ęquiuoca: sed secundum prius & posterius, hoc est analogice in ęternis & corruptibilibus, sed hæc videntur satis dubia. hac enim responsione data, etiam sequitur in cœlo fore materiam primam eiusdem rationis. cũ hoc caduca & morticinia, quod ita probatur. Illa sunt analoga, quorum nomen commune est, & ratio etiam substantiæ, secundum illud nomen, eadem est, verum non æque primo singulis participata, sed secundum prius & posterius. Hæc enim vox ens, analogum est ad decem categorias: quoniam cunctis categoriis, idem est nomen, & eadem eiusdem nominis natura, sed non singulis æque participata categoriis, sed secundum prius substantiæ, & per illam posterius reliquis accidentibus: quare analogum medium erit inter ęquiuocum & vniuocum. vltra enim nominis societatem, substantiam, & naturam quandã his quibus dicitur communem analogata habent, atque in hoc cum vniuoco consentit, quod eandem communem, vt illud, dicit naturam: discrepat verò ab vniuoco, quatenus æque primo, eandem naturam vniuoca habent: analoga verò æque primo non habent, sed prius causæ, deinde causato: cum ęquiuoco verò eo communicabit, quoniam vt illud commune habet nomen, his de quibus dicitur. His itaque suppositis ita instatur, si materia eadem esset in corporibus diuinis, & hic, vnitate analogiæ, ergo ibi natura materiæ inueniretur, & prius illi competeret, posterius his inferioribus. hæc enim est analogorum definitio, vt supra patuit: quare cum natura materia sit potentia ad corruptionem, ibi erit potentia ad corruptionem, per prius, his autem inferioribus posterius. cum autem cœlum apud Arist. non corrumpitur, vera euaderet opinio Egidij ibi, scilicet fore materiam, sed cœlum non pati corruptionem, quoniam eius appetitus satiatur. Ad hęc autem nos asserimus hanc rationem maximi esse momenti, si vera esset analogorum definitio superior data, quam Latini insequũtur, & etiam nonnulli ex Græcis, vt Simplicius noster in categoriis testatur, sed hi decipiuntur. si enim analoga communem naturam, sed non ęque primo haberent, vt illi fatentur, illud eueniret incommodum, vt Deus non foret actus simplicissimus, atque summe simplex, id quod consequitur, hoc modo probatur. Ens competit Deo & his inferioribus analogice. similiter bonum, vita, & alia id genus cętera: sed per hos analogum dicit communem naturam, ergo Deus haberet naturam propriam, & illam communem analogiæ: quare esset compositus & non simplex. Adhæc, omnis natura communis, contrahitur per differentias proprias & specificas ad particulares naturas, vti natura animalis, quę est communis, contrahitur ad hominem per rationalis differentiam: ad brutum per irrationalis differentiam. ergo natura analogica quę per has communis est causę & causato Deo, & creaturis, contraheretur per differentias ad Deum, & creaturas: quare Deus compositus foret ex illa natura communi, & propria differentia, illam naturam contrahente: quẽadmodum homo ex animalitate & rationalitate. non minus decipiuntur quantum ad aliud dictum. non enim analoga media sunt inter vniuocum & æquiuocum: tum quoniam contradictoria haberent medium. æquiuoca enim & vniuoca contradictoria opponuntur. habet enim vniuocum eandem rationem, æquiuocum non eandem rationem: quare contradictoria opponuntur. ergo inter æquiuocum & vniuocum analoga non erunt collocanda: tum etiam quod de æquiuocis non est scientia, ergo analoga respectu illius partis, qua participarent de æquiuoco, non facerent scientiam: quare penitus vniuoca erunt. Relicta igitur horum positione cum Simplicio in categoriis, & cum Eustratio in 1. Ethicorum asserimus, à quibus non est

Com. 3.

F

G

H

A non est alienus Ammonius: quod ęquiuocorum duo sunt principes modi, alia sunt ęquiuoca à fortuna, alia à scientia, & à consilio, atque hęc quatuor modis partiri possunt, vel secundum similitudinem: quemadmodum Arist.docet exemplo hominis picti, & hominis veri, & hic est ęquiuocorum primus modus. secundus verò ęquiuocorum modus, est secundum proportionem & analogiam, vti pes montis & pes lecti, atque principium quod de vnitate in numero, & de puncto in linea dicitur. tertius verò modus ęquiuocorum est vt sanitas, quę formaliter, & per se, in corpore animalis viuentis reperitur: secundario verò ac vt in signo, vel vt in efficiente, vel vt in fine reperitur, vt in vrina, in pulsu, atque in medicamento sanitas dicitur, quemadmodum 4. Meta.testatur Arist. Quartus verò modus ęquiuocorum dicitur eorum quæ ad vnum finem tendunt, atque denominationem ab illo suscipiunt: quemadmodum cibus sanus remedium sanum dicitur, quoniam ad vnam sanitatem velut ad finem tendunt, & ab vna sanitate denominâtur. Hos autem posteriores ęquiuocorum à scientia modos ab vno & ad vnum ęquiuoca ab Arist. 4. Metaph. dicuntur, quę alio vocabulo, analoga dicimus. His itaque stantibus asserimus ęquiuoca à casu & fortuna, non

B considerari à scientia aliqua, & hoc modo 11.Metaph. & 1.Elench.de ęquiuocis non haberi scientiam, nec de illis vnam scientiam considerare dicebat Arist. Quoniam de illis prædicata per se non dicuntur: sed duntaxat accidentis. ęquiuoca rursus, quę per proportionem dicuntur, nec ab vna scientia considerantur, quod planum Auer.1.Poster. his verbis fecit. Dignitates, inquit, quę pluribus scientiis communes sunt, velut si ab ęqualibus ęqualia demas, quę remanent, sunt ęqualia, & quęcunque vni tertio eadem sunt, & inter se eadem erũt, ęquiuoce secundum proportionem dicuntur: & propterea ab vna scientia, non considerantur, sed à pluribus: ęquiuoca autem quę ab vno & ad vnum dicuntur, quę alio nomine analoga nuncupamus, ad vnam pertinent scientiam: quoniam ab his prædicata per se quæ demonstrationem & definitionem ingrediuntur sumi possunt, atque hæc ad vnam & eandem scientiam pertinent: quemadmodum Arist.4.Metaph. planissime testatum reliquit, & sic omnes Gręci à quibus Auer.non est alienus, in initio 2.cõm.de Anima asserunt, animæ scilicet definitionem cunctis animę speciebus non esse vniuocam sed æquiuocam, hoc est ad

C vnum & ab vno rationem, quam nos analogam nuncupamus. Itaque vt ad nostrum institutum redeamus, materia corporum diuinorũ, & hæc nostra æquiuoce dicuntur non æquiuoce à casu aut proportione. cuiusmodi enim æquiuoca à scientia excluduntur, sed ęquiuoce dicuntur ab vno vel ad vnum: quæ vnitatem scientiæ pariunt, & ab vna scientia considerari possunt: sed quomodo hęc se habent, candidis pręsertim philosophiæ, & si paulo prolixiores sumus, veniam ipsi dabunt: res enim magni est momenti: non molestum declarare & aperire hanc veritatem operæpretium duximus. Philosophus omnium eorum quæ natura constant, principia, causas, & elementa: in habitu primi libri Physic.venari pollicitus est. corpus autem cœleste res naturalis est, vt 1.cœli patet, ergo illius principia, causas, & elementa, 1.lib.Physic.etiam venatur: quare cum 1.Physic. multis materiam venetur rationibus, sub huiusmodi sua inquisitione, qua materiam caducam inquirit, cœlorum etiam materiam includit, fateri nos oportet, alioquin non omnium quæ natura constant, vt in habitu 1.Physic. pollicitus est, principia & elementa inquireret. Multæ verò percipiuntur vię quibus caducam materiam 1.Physic.venatus est Arist. quemadmodum ibi nos docuimus, sed

D præcipue hę sunt. prima enim via est à contrarietate: postquam enim & veterum testimonio & optima ratione, principia esse contraria comprobauit, venatur hoc tertium subiectũ, ita ratiocinans. Nullum contrarium aliud suum contrarium suscipere potest, quoniam nullum contrarium cum sui salute, sustinet actionem alterius contrarij: veluti raritas non suscipit densitatem, nec illius actionem sustinere potest, ergo præter principia contraria, tertium subiectum quod modo vni, modo alteri subiicitur, à reliquis distinctum, dari oportet: hacmet via cœlorum materia etiam venatur, in qua quidem etsi non est contrarietas secundum substantiam, bene est secundum locum, & secundum diuersa vbi: quemadmodum 9.Diuin.Arist.planum fecit. vnum siquidem vbi corporis cœlestis, non potest aliud contrarium sibi vbi, recipere: quemadmodum vbi orientis non potest recipere vbi accidentis, ergo *Tex.17.* pręter hæc vbi cõtraria, debet dari tertium quoddam subiectum, quod modo huic vbi, modo illi subiicitur, ab illis tamen distinctum, quod nil aliud est, nisi materia cœli. Rursus alia via, in 1.Physic.tradita est, omnis generatio aut simplex, aut composita est, in vtraque generatione aliquod permanens, perpetuo conspicitur subiectum, quod modo sub vno termino,

mino, modo sub illius opposito est, ergo præter contraria, datur tertium subiectum. Hac via, E
materia cœli etiam venatur. quod quidem cœlum, & si ortum nullum, vel simplicem vel cõ-
positum, vti nec interitum, quoad substantiam pati possit, tamen quoad motum localẽ, & re-
spectu vbi, & quo, & potentiam habet, & oritur, & interit, vt 8. & 12. Diuinorum locis pau-
lo supra citatis, Arist. testatur. Ita ergo ratiocinamur. in corpore diuino est ortus, & interitus,
quoad motum localem, vbi cœlum modo existit, sub vno vbi, modo sub eius opposito, ergo
in cœlo, datur materia. Duabus similiter viis, per inductionem, s. altera in omnibus factionis
modis, altera vero per diuisionem substantię & accidentis in ortu, & interitu, quibus ibidem
sublunarem materiam inquirit Arist. eisdem, & materia cœli commodissime venabitur, quẽ-
admodum nos in expositione illius lib. abunde diximus. sed nostram sententiam Simplicius,
quem aliqui moderni sequuntur 1. lib. Physic. infirmare videtur, atq; ita ratiocinatur. Illius
Tex. 68. materiam Arist. venatur, quod ortum, & interitum patitur, vti 1. Physic. patet, sed materia
cœli, non oritur, nec interit. quare 1. Physic. illis viis, quibus materiam caducam venatus est,
Tex. 27. materiam diuini corporis venari non potest: sed inquit, in 2. Physic. hoc factum est, testem
Tex. 71. ducens Aristotelem. nam, inquit, cum sciendi gratia sit naturalis pertractatio, scire autem F
vnũquodque, non prius putamus, quàm circa vnũquodque propter quid est, capiamus, idque
est primam causam cognoscere; patet, & hoc nobis agendum esse. de Genera. & Corrup. &
omni Physica mutatione, vt ipsarum scientes principia: enitamur vnũquodq; quod quæri-
mus, in ipsa reducere. quare, inquit Simplicius, per illa verba de omni Physica mutatione,
continetur etiam motio secundum locum cœlorum. & paulo infra subdit, diuidens tripli-
citer pertractationes, & contemplandi facultates. Arist. inquit, Alia circa immobile, scilicet
Deum, reliquasq; adiunctas mentes, alia circa mobile, sed incorruptibile, vt corpus diuinũ,
alia circa corruptibilia entia, s. sublunaria. ex quibus Simplicij verbis patet 2. Physic. materiã
cœli, ab Arist. & non 1. Physic. indagatam fuisse, illis quas diximus supra viis. Sed Simplicij
hęc responsio, non est recta. cum & ipse aliam quam supra diximus responsionem, eodem cõ-
mentario dederit. illam enim naturam 2. Physic. pertractat Arist. quam in calce primi, inda-
gandam proposuit. sed illa per te (ò Simplici) caduca tantum est natura, ergo 2. Physic. cadu-
cam tantum naturam definiit, & tractauit, & non illam æternam etiam. quare si vtraque ma-
teria 2. Physic. venatur, & 1. Physic. venatam esse intelligere nos oportet. Asserimus igitur, ſm G
alteram Simplicij sententiam, principia cõia omniũ naturalium, illa fore, quæ Arist. 1. Physi.
inquisiuit. sed eorum quæ versantur in generatione, & corrupt. sunt principia secundum sub-
stantiam, atq; secundum alia accidẽtia, quibus fiunt mutationes. sed sempiternorum corpo-
rum diuinorum, erunt etiam illamet principia, sed dũtaxat secundum motum localem: vbi
& quo vt Arist. vbique dicere solitus est. ex dictis ergo manifestum est, ꝙ in 1. Physic. materia
cœli, etiam includitur: quæ cum hac nostra morticinia eadem est, identitate analogiæ ad
vnum, quę quidem analogia vnitatem, scientiæ parit. ambę enim materiæ, ad hoc vnum ten-
dunt: vt sint potentiæ, & vt ex illis componatur proprium compositum, cum insit in illis per
se, & non secundum accidens. quemadmodum enim hæc materia nostra, potentia est ad plu-
res formas in ortu substantiæ, successiue, recipere: ita illa corporum diuinorum materia, po-
tentia est ad plura vbi, successiue recipere. differunt tamen, quoniam hæc sublunarium ma-
teria, in ortu substantiæ, potentiam habet, vt formas substantiales successiue recipiat. Illa ve-
ro corporum diuinorum potentia solum est, ad diuersa vbi, & quo. Rursus conueniunt, quo- H
niam quemadmodum hæc sustentat formam, & illi substernitur, atq; ex illa compositum ca-
lescit, per se cum illi inest & non secundum accidens: ita & illa quæ est supra nos, formæ sub-
sternitur, atque illam sustentat, & ex illa corpus cœleste per se, & non secundum accidens cũ
inest, efficitur. differunt tamen, quoniam hęc nostra substernitur formæ, eductæ ex eius gre-
mio, atque partibiliter in ipsa receptæ, cum post dimensionem recipiatur, atque hanc mate-
riam informat, illa verò formę susternitur diuinę, nequaquam ex eius gremio eductę, nec par-
tibiliter receptæ: cum ante dimensionem, ipsi cœlo illabatur, quemadmodum in de substan-
tia orbis, planum fecit Auer. nec illam informat, sed tantum motum localem ille præstat, vt
fusius alibi nos monuimus. Sed multa quidem digressi fuimus, ad nostrum institutum ergo
redeamus, quibus dictis non difficile erit horum nodos diluere. Ad tertium Egidij argumen-
tum, nonnulli ita satisfaciunt, vt D. Thomas, materiam hanc nostram, & illam ope intelle-
1. Cæli lect. 6. ctus, seclusis formis differre: non per aliquam compositionem, vt etiam credit Ioã. Grãmati-
cus, sed habitudine ad diuersas formas mutuo differunt. sed hæc solutio (pace tanti viri di-
xerim)

A xerim) non videtur recta. habitudo enim est accidens, quo accidente substantia est na tura, prior vt 7.Metaph.patet: quęro ergo in illo naturę priori in quo materia consideratur sine habitudine ad formas, aut istæ materię in illo priori conueniunt, & sic Egidius habet intentum: aut differunt, & hoc esse non potest: tum quia omnis distinctio est per actum. ambæ autem materię sunt simplices, tum quia non respiciunt illas habitudines, quarum respectu, vt dicebat D.Thomas, differunt. Demum nullum posterius est causa distinctionis prioris. habitudo autem posterior est vtrisque materiis, cum sit accidens. materiæ autem illæ sunt substantię, ergo habitudo illa non poterit esse causa, vt illę materiæ essentialiter distinguātur. quare melius dicendum puto alio modo differre composita, alio modo differre simplicia. cōposita.n.per actū differunt, & sic Philosophus intelligit, cum asserat actum esse rationem distinctionis. Simplicia autem seipsis differunt, quemadmodum & principia etiam rerum naturalium, per alia principia differre nō possunt, alioquin esset abitio in infinitum in principiis, sed differunt seipsis: itaque materia cœli, & horum inferiorum, circūscriptis, ope intellectus, earum formis, adhuc differunt se ipsis. Ad quartum modum, asserimus multum B differre de hac corporum corruptibilium dimensione loqui, & de illa corporum æternorū. in his enim corporibus sublunaribus, eadem est terminata & interminata dimensio, propter potentiam quam habet materia prima ad formas recipiendas successiue. illa autem terminata duntaxat semper est, eo quod illius subiecta materia semper est in actu, etsi sit potentia, respectu vbi, vt supra docuimus. Ad quintū verò (omissa aliquorū respōsione) asserimus corpora cœlestia mutuo differre numero & specie, cōuenire, vt in Auic.bene testatur Auer. huius tamen numeri cōuenientiæ, materia non est causa, sed numero illa differunt transcendenti, & metaphysico. conueniunt autem specie transcendenti & etiam metaphysica. non enim corpora diuina aut numero, aut specie, aut genere physicis, conuenire aut differre possunt. in horum omnium conuenientia, & differentia, perpetuo materia nostra caduca annumeratur. Cuius expers cœlum supra ostendimus, sed numero, specie, & genere Metaph. & transcendentibus differre aut conuenire corpora cœlestia dicimus: quorum omnium materia nostra non est capax. Ad sextum concedimus cum Auerroe, corpus esse genus supremum, C prędicamenti substantię, & compositum ex materia & forma, similiter cœlum esse corpus, & compositum ex materia & forma, sed illa materia analoga est, cum hac nostra, veluti supra monuimus. Demum corpora diuina in prædicamento esse substantiæ, & in eodem genere, cum rebus quæ oriuntur & occidunt, quo ipsa interitum, & ortum patiuntur, scilicet quoad motum localem, atque in genere analogo, nec me latet Auer.responsio, corpus ęternum vt corpus est repugnat corrumpi: non autem vt tale corpus. multæ enim sunt quæ generi competunt, & speciei repugnant, ob aliquam peculiarem speciei conditionem vti visus talpæ competit vt animal: repugnat verò sibi, vt tale animal, ob eius terrestrem materiam. quare asserimus corpora diuina, vt corpora sunt, fore composita ex materia & forma, & similiter corrumpi posse, quoniam ipsa finita sunt, vt autem talia corpora sunt, æterna penitus sunt, & materiam ortus & interitus principium, nullo pacto claudunt, sed prior responsio magis placet. hæc enim posterior, multis est exposita difficultatibus: quas in cōmentariis de cœlo, expandam. Ad septimum, concedimus materiæ definitionem, quam 1.Physic.venatus est Arist.competere materiæ superæ, sed quo pacto competat, num per ra- D tionem ad vnū, vel ab vno, supra dictum est, ad illud Auicennæ, duas fore materias primas negamus, sed vnam esse ea vnitate, quæ ad vnum dicitur, & supra explicatum est. Ad philosophi sententias, & primo ad eam quæ est in 3.Cōm.de Cœlo, nonnulli vt D.Thomas concedunt, cœlum esse compositum, Arist.ibi dixisse ex quatuor elementis, ad mentem Empedoclis, sed hæc sententia non videtur recta. nulla enim mentio ibi de Empedocle fit, quemadmodum nec fieri est necessarium. Simplicius (vt ibi est videre) interpretatur. Dico autem, inquit, substantia quidem simplicia corpora, puta ignem & terram, deinde adiecit, & coniugata his alia tria, dicens simplicia, s.quintum, hoc est ipsum cœlum quod quintum corpus ab Arist.dicitur, & aerem, & aquam. Hoc autem & quæcūque ex his composita omnia significat, quæ consequenter nominat, s.totum cœlum dicens æthereum omne, & partes eius: ex quibus Simplicij verbis, patet in hac entium naturalium diuisione, poni cœlum cum dicit Arist.cognata ex his, hoc est quintum corpus, idest ipsum cœlum & aerem, & aquam, per cœlum vero quod ex istis est compositum, Simplicius intelligit vniuersum, in quo significato in 1.de cœlo etiam accepit Arist.ego vero aliam huic loco expositionem afferrem. ibi enim Philosophus,

losophus, hanc fecit diuisionem, eorum quæ natura dicuntur, vel substantiæ, vel passiones sunt, diuidit substantias in simplicia corpora, & in ea quæ ex his constant mixta. simplicia vero corpora, asserit esse ignem & terram, & his cognata, aerem & aquam, quibus simplicibus corporibus, annectit cœlum : adeo quando, inquit, dico autem substantias quidem simplicia corpora, puta ignem & terram, & his congenea, aerem, s. & aquam, & quæcũque ex his, s. simplicibus corporibus, verba autem quæ subdit, & totum cœlum non esse connectenda cum illis, & quæcũque ex his, sed cum illis & simplicia corpora vt diuisio hoc modo fieret substantiæ quædam simplices, vt quatuor vocata elementa, & cœlum, quædam mixta ex his vti animalia, plantæ, & partes ipsorum, non desunt qui asserunt, cœlum constare ex elementis, secundum proprietates nobiliores, quæ in elementis insunt. est enim cœlum ignis lux, nõ ignis flamma, vel cardo, est aer & aqua quoniam nõ est diaphanum, est similiter terra, quoniam aliquæ eius partes, densæ sunt, sed horum responsio potius Platonica quam Peripatetica est, qua Simplicius sæpe sæpius vtitur in 1. cõm. de Cœlo, vt Platoni Aristotelem conciliaret ad illam quę est ex secundo ortu, Aristotelis auctoritatem, dicimus, eandem fore materiam corporum diuinorum, & horum inferiorum, ea entitate quæ ab vno vel ad vnum dicitur, quẽadmodum supra explicauimus, & rationibus Egidij, & Auic. sic sit responsum. ad eas verò quas Grammaticus finxit, rationes, eodem ordine soluendas aggrediamur. ad primum autem Grammatici argumentum, quod perterrefecit omnes Peripateticos, vt inquit Auer. Simplicius duabus responsionibus satisfacere nititur. altera autem hæc est, quam in fine 1. cõm. de Cœlo exarauit, corpus cœleste, sua natura, fore finitum atque virtutem finitam habere, qua sua natura, finiri, atque deficere potest, æternitatem verò à Deo Opt. Max. nactum, in infinitum durabit : sed hęc solutio in Peripatetica doctrina inanis est, ex retro enim dictis constat nullum quod est sua natura corruptibile, ab alio fieri ęternum. Altera verò est eius responsio in 8. Physic. aliud, inquit, est habere virtutem infinitam totam simul, quam nostri infinitum in vigore nuncupant : & aliud est habere virtutem finitam in infinitum, quã nostri nuncupant infinitum in duratione. tunc autem ita soluit, Cœlum non habere virtutem infinitam totam simul, qua possit totum simul moueri. hoc enim habet tãtum primum mouens incorporeum, totam scilicet virtutem infinitam simul, hoc est, vt nostri loquuntur, primum mouens est solum infinitum in vigore. corpora autem cœlestia habent virtutem finitam in infinitum, hoc est vt nostri loquuntur, sunt infinita in duratione. non autem in vigore. & si Simplicio obiiceres, ergo primum mouens moueret in non tempore, quoniam est vigoris infiniti vt ibi Arist. deducit. Respondet: hoc accidere non posse propter naturam mobilis. corpus enim cœleste, non potest suscipere totum motum simul, quem totum simul ipsi primum mouens vigoris infinitum tribuit, ex natura tamen primi mouentis nullum requiritur tempus. quare si in tempore cœlum mouetur, non est ex natura mouentis, quod ex se in instanti moueret, sed est defectus mobilis, non potentis totum motum simul suscipere. Grammaticus ergo deceptus est; quoniam non ponit discrimen, inter id quod habet virtutem finitam, in infinitum, & inter id quod virtutem infinitam simul totam habet, sed hæc secunda responsio, prima probabilior videtur, quam etiam ex nostris multi Theologi, afferre solent; verùm non est peripatetica penitus, demonstrabimus siquidem in Cõm. de Cœlo apud Arist. primum mouens nequaquam fore infinitæ potentiæ. quicquid enim fieri potest, respectu agentis, fieri potest, & respectu patientis. quare si primum mouens actiuum potest totum motum simul, & in instanti, ipsi mobili afferre, ergo & ipsum mobile passiuum, potentiam passiuam habere debet, qua simul totum illum motum recipere valeat. demum Arist. 2. Cœli, si astrum, inquit, ipsi cœlo adderetur, vel non moueret vel cum fatigatione moueret primum mouens. quare si apud Arist. esset infinitæ potentiæ, primum mouens vtrique cum additione vnius, & mille astrorum cœlum ipsum moueret. quare ab Auer. in 8. Physic. & in de substantia orbis & 12. Diuinorum longe probabilior affertur huius argumenti solutio. Duplex enim est, inquit, potentia, altera actiua, qua primum mouens mouet, altera passiua, qua cœlum mouetur, vtraque istarum vel est finita, vel infinita in vigore, tunc ergo Auer. asserit corpora cœlestia, habere potentiam finitam in vigore, quoniam finito tempore, & determinato, mouetur, infinitam autem in vigore non habet. quod ita probat, Nulla virtus corporea infinita est in vigore, atqui corporum cœlestium virtus, corporea est, ergo non erit infinita in vigore. primum autem mouens virtute in duratione infinitum est, quemadmodum & ipsa corpora cœlestia quæ infinita in duratione etiam sunt, non autem in vigore erit infinitum,

Tex. 71.

Cõm. 79.

Com. 41.

quoniam

A quoniam tunc in non tempore vt Arist.deducit,moueret.Quare sic Grāmatici ratio diluitur, corpus cœleste esse finitum in vigore, sed est infinitum in duratione, & hoc pacto ipsum non corrumpitur: corpora vero finita vtraque virtute & vigore & duratione sunt, quæ corrumpuntur.quare cœlum ipsum materiam principium interitus non claudit. Ad illud vero quod Grammaticus Platonis auctoritate affert, omne compositum posse dissolui, peripatetici hoc negarent. fuit enim illius sententiæ Plato,vt mundum sua natura, dissolubilem Deus æternum reddat, vti etiam ipsi 1.Cœli imponit Arist. sed ambiges: quinimo & peripatetici illā enunciationem concedunt, omne compositum esse nouum,& per consequens,dissolui posse, quemadmodum Auer.12.Metaph.asserit. soluitur,omne compositum ex materia prima, esse factum,& nouum, atq; dissolubile, cœlum vero ex materia, quæ claudit principium ortus, & interitus, non est compositum. Ad tertium verò, soluit Simplicius, corpus cœleste vt corpus est,in infinitum diuidi potest,vt autem est tale corpus, repugnat vt diuidatur. quare vt corpus est,ad minimam partem diuidi potest,& corrumpi,sibi non repugnat: vt vero tale est corpus, & in partem aliquam minimam diuidi, & corrumpi,repugnat. Multa enim sunt, Cōm. 18.
B quæ ratione generis,aliquod habent prædicatum,quod illis tamen repugnat ratione speciei, vt retro monuimus de visu, vt respicit talpam. huius etiam sententiæ 8.Physic.& 12.Diuin. est Auer.sed isthæc solutio, à multis molestatur. Est enim (vt retro docuimus) hæc responsio multis exposita difficultatibus, quare secundam Simplicij,ad idem argumentum,quæ magis probabilis videtur,& veritati peripateticæ consona est. Diuisio,inquit,bifariam alicuius corporis capitur,altero modo, quemadmodum diuiduntur res naturales compositæ ex materia, & forma,cuius materiæ merito,res naturales in infinitum diuiduæ sunt,potētia,& nō actu: qua quidem diuisione, orbiculare corpus diuidi non potest. illa enim corpora,hac diuisione partiuntur, quod ex materia, quæ ortus, & interitus, principium claudit; magnitudine effecta constant,quemadmodum corpus est generabile. æternum vero corpus,cum ex illa materia non constat, in infinitum nequaquam partitur, sed sibi describit definitam quandam magnitudinem.altero modo est diuisio, qua secundum designationem corpora diuiduntur, qua diuisione,corpora diuina dūtaxat diuiduntur,siquidem habent in actu partes, suoq; loco
C constitutas, & mutuo seiunctas, toti tamen adherent, & hac diuisione corpora diuina non corrumpuntur.non enim minimam aliquam magnitudinem, à toto separatam quę corrumpitur, in hac partium secundum designationem,diuisione, accipere est opus. quo fit,vt illud 6.Physic.axioma, in infinitum quodlibet corpus esse diuiduum,non sit verum, nisi de corpore ex materia ortus,& interitus causa composito. quare corpus diuinum, diuiduum quidem est secundum partium designationem: qua diuisione corrumpi,non est necesse. quare Grammatici cauillus,nullus est.Ad quartum, distinguit Simplicius, propositionem omne id quod aliquo indiget,vt sit,corruptibile est, posse bifariam intelligi. illud enim quo res aliqua indiget,vel non est de essentia illius rei, & tunc res illa sua natura, defectura est, quo pacto nō sic cœlum materia indiget,vel illud est de essentia rei, quo pacto res sua natura, nō est defectura, quemadmodum sunt corpora cœlestia, quibus indigent necessaria, & de essentia sunt illorū. postremum diluit Simplicius,atq; totum corpus cœleste, esse virtutis finitæ in vigore. infinitæ autem in duratione, similiter & partes eius infinitas in duratione atq; finitas in vigore asserit, nec tamen me latet aliam esse viam, qua Grammaticus tum 1.Meteor.tum primo cœli
D referente Simplicio, conatur suadere, in cœlo, esse materiam eiusdem rationis, cum hac nostra, & sua natura,defecturum corpus cœleste,s.ipsum esse ignem,quoniam calefacit,non cōtentus Arist.sententia,quintam naturam ab his, quę sunt hic,longe remotam asserentis, quā postea sententiam ex Neotericis multi, mordicus defendunt. quorum quidem rationes, & sententias num naturę rei consentiant simul Arist.ad illud astruentium rationum solutiones examinare,ac perpendere diligentissime,in cōm.de cœlo huic rei commodissimo loco,differre operepretium duxi. Nunc vero satis sit vidisse corporum in gyrum latorum materiam, eandem cum hac nostra caduca non esse,nisi identitate ab vno, & ad vnum, quam analogicam nuncupamus,in qua plus æquo forsitan prolixiores fuimus, Grammatico, Egidio, & Auicenna, qui aperta mendacia in Arist.doctrina afferebant,vitium dabunt. Interea autem nostrum institutum prosequamur.



E

Num potentia sit materiæ essentia, ambiguitates. Cap. XIX.



Com. 70. IN præsentis quæsiti solutione, Auer. verba magnam pariunt difficultatem. primo enim Physic. apertissime, multis confirmat rationibus, potentiam nō esse materiæ essentiam, sed accidens, quod formę aduentu, cuius est potentia, deletur. oppositam verò astruit sententiam, primo capite de substantia orbis, vbi apertioribus verbis, potentiam materiæ substantiam, & eius substantialem differentiam, ob quam materia prima substantiatur, vt eius verbo vtar, contendit. similiter Alexander, magnus peripateticus, hac in re aliter, atque aliter sentire videtur 2. enim naturalium Quæstionum, fatetur esse materię, in posse consistere primo: postea de anima oppositum ex diametro testatur vti nos retro monuimus. sed quod his omnibus maius negocium nobis facessit, est, quòd Arist. ipse hac in re, sibi ipsi nequaquam constans. videtur etenim 1. Physic. potentiam materiæ, fore naturam, nequaquam autem priuationem testatur: & hac ratione, nempe potentiæ incorruptibilem materiam dicit, merito autem priuationis oritur ipsa & interit. Idem & 7. Meta. scriptum reliquit, vbi explicās materiæ naturam, non esse, inquit, quid, non esse qualem, non esse quantam, aut aliquod prædicamentorum, quibus ens ipsum est determinatum, sed potentiam ad omnia sua natura, esse materiam primam, concludit. similiter 10. Diuin. oppositum deinde asserit, 3. Physic. volens probare, subiectum non esse idem cum potentia, ita ratiocinatur, vt placet græcis. quęcūque vni tertio eadem sunt, & inter se eadem erunt, ergo si subiectum idem esset cum potentia sanitatis, eadem ratione, idem erit, cum potentia ægritudinis. quare eadem erit potentia sanitatis, & ęgritudinis, ergo eadem erit sanitas, & ægritudo. quarum enim potentiarum eadem aut diuersa est entitas, idem, aut diuersi erunt actus: ex quibus liquido constat: subiectum idem non esse, cum potentia. Adhæc, vtraque ex parte, nequaquam leues sunt rationes. vt enim se habet esse ad posse, ita essentia ad potentiam, at in æternis, haud differt à posse esse. vt Arist. 3. Physic. testatur, ergo in illis, potentia idem est quod essentia. quare cum materia apud Arist. sit æterna, sua essentia idem erit cum sua potentia. Præterea, vti forma se habet vt agat, ita materia vt patiatur, ex 1. & 2. de Ortu, & Interitu, sed potentia formæ, idem est cum essentia formæ, veluti nos demonstrauimus in disceptatione de potentiis animæ, ergo potentia materiæ, idem erit cum ipsa materia. Rursus omne accidens, est in subiecto in actu, quemadmodum Auer. 2. de Anima testatur, ergo si potentia materiæ accidens foret, & nequaquam materiæ essentia, in ipsa materia haud fundaretur, quod apud omnes est manifeste absurdum. Adhæc, si materiæ potentia, foret accidens, & non illi substantia, tunc in ipsis accidentibus, abitio in infinitum foret, id quod consequitur, vno prius sumpto probatur. Nempe materia est in potentia, ad omnem substantiæ, & accidentis formam, vt 7. Diuinorum liquet. tunc ita instamus, materia est ad omne accidens in potentia, ergo erit ad potentiam in potentia, quoniam compositum est, potentiam esse accidens, tūc percunctatur, aut illa potentia, per quam materia est in potentia ad illam potentiam, est essentia, & substantia materiæ, vel accidens. si primum dabunt, habetur id quod quæritur, non secundum, quoniam cum sit accidens, erit simili materia potentia illud accidens. eodem modo quæratur, atque dicetur vt prius. quare in infinitum esset abitio in accidentibus. Ex altera parte, ita instamus, omnis potentia est caduca. materia autem æterna, 1. Physic. ergo potentia non erit materiæ essentia. prima propositio, ita probatur, quęlibet naturæ potētia, respicit actum (sunt enim reletiua 9. Diuinorum) ergo ipsius aduentu, actus potentia deletur, materia corrupta, illa potentia illi actui substernitur, & cum ipso permanens causat compositum. quare potentia non erit materiæ essentia. mox potentia, vt in categoriis patet, qualitas est, materia vero substantia, quare potentia non erit materię essentia & substantia. Adhęc, vt ratione Auer. vtamur, potentia est in categoria ad aliquid, materia verò in genere substantię, ergo potentia non erit materiæ essentia. quare vt has rationes soluerent, & Auer. verba conciliarent, varia latini finxere.

quæst. 7.

Tex. 82.

Tex. 24. & tex. 7.

Tex. 10.

Tex. 32.

Com. 4. & 8.

F G H



Varia

A *Varia latinorum opinio & confutatio.* *Cap. xx.*



HORVM aliqui aſſerunt, potentiam bifariam ſumi poſſe, altero quidem modo pro ſubiecto, quod potens eſt dũtaxat recipere, alio modo, vt potentia reſpectum & ad rem generandam habitudinem referat, tunc aſſerunt, quòd ſi potentia pro ſubiecto dũtaxat potente ſumitur, fatentur hoc modo fore materiæ eſſentiam. id enim quod perfici ac formari valet per ſubſtantię formam, eſt ipſa materiæ eſſentia, ſubiectum vero potens eſt huiuſmodi. quare ſubiectum potens eſt materiæ eſſentia. ſi verò potentia, vt habitudinem & reſpectum referat, ſumatur, haud tunc potentia erit materiæ eſſentia, quod ita probant. Illa nequaquam vnum eſſe poſſunt, quod altero multiplicato, reliquum vnum permanet: atqui huiuſcemodi potentiæ, quæ habitudinem referunt, multiplicantur, quemadmodum potentia ad formam ignis, eſt alia ab ea, quæ eſt ad formam aquæ, materia vna permanet. igitur iſta potentia reſpectiua
B nequit eſſe materiæ eſſentia. Adhæc, Auer. 12. primæ Philoſophiæ, numerus, inquit, habilitatum, ideſt potentiarum materiæ, eſt ſecundum numerum ſpecierum generabilium, quid ergo hi velint ex dictis, manifeſtum eſt. ſed horum opinio falſa eſt, quoniam capiamus materiam mentis noſtræ ope, formis remotis, ita quod ipſa formas nequaquam reſpiciat, tunc ab his percontabimur, num potentia materiæ, ita conſiderata, inerit, vel non; non ſecundum dandum eſt, quoniam eſſentia, ab eo cuius eſt eſſentia, nunquam ſeparatur: nec quidem cogitatione, vti 7. Diuinorum in Platonem monſtrauit Philoſophus. non primum, quoniam retro monſtrauimus materiam, eſſe actu materiam, & in eius quiditatiuo conceptu, circũſcriptis ope intellectus formis, potentiam non claudere, ergo potentia non erit ſua eſſentia, quæuis ſit illa, tum pro ſubiecto potente, tum etiam ſi ad rem generandam referatur. quare horum potentię diſtributio, vana eſt. Præterea, aut hæc potentia eſt à materia aliud, aut idem, nõ primum, tum quoniam nulla eſſentia, alia eſt ab eo cuius eſt eſſentia. tum etiam accideret, vt materia eſſet compoſita, & non ſimplex. quare primum non eſt dandum, nec quidem ſecun-
C dum: ex his enim, quæ ſuperiore diſputatione, diximus, demonſtratum eſt, materiam abſolutam non eſſe poteſtatem. quare horum partitio in potentias, vana eſt. Rurſus ex proclis & immediatis ita inſtamus. petimus, illa potentia, qua materia ſubiectum potens eſt, & quæ de eius eſſentia, & ſubſtantia eſt, vt aiunt, vel erit abſoluta, & hoc afferri non poteſt. omnis enim potentia 9. Diuinorum relatiua eſt, ergo erit illa potentia reſpectiua, tunc ita argumẽtamur. ſi potentia ſecunda ea ratione, quia eſt reſpectiua, non erit materiæ primæ eſſentia, vt ipſi affirmant, ergo nec prima potentia, pro ſubiecto potente, erit materiæ eſſentia, quoniam vt probatum eſt, eſt etiam ipſa reſpectiua. quare horum poſitio nulla eſt. Alij vero aſſerunt, duplicem fore potentiam, alteram qua materia formam reſpicit, & eſt altera pars compoſiti, & hęc potentia eſt materię eſſentia, & ab illis nuncupatur potentia receptiua, & de hac aiunt, loquutum fuiſſe Auer. primo capite de ſubſtantia orbis. ſimiliter Philoſophum 8. Diuinorum & 2. de Anima, nullam aliam cognoſcentem cauſam. quare ex materia & forma conſtatur vnum compoſitum, niſi hoc potentia, illud verò actus. Alteram verò aiunt eſſe potentiam in materia, qua reſpicit ipſa actiuam agentis potentiam, cuius merito de potentia ad actum, ma-
D teria deducit, & hæc potentia, qua materia reſpicit agentem, eſt relatiua, & quoddam accidẽs proprium, quod conſequitur materiam de qua potentia 1. Phyſic. Auer. aiunt eſſe loquutum, recteq; dicentem, huiuſcemodi potentiam, nequaquam fore materiæ eſſentiam, ſed accidẽs, quod deletur oppoſitæ formæ aduentu. verum ex dictis, horum poſitio ſatis bene refellitur, percontamur enim, illa potentia, quam fingunt, receptiua aut eadem erit cum materia, aut ab illa diuerſa, non ſecundum, quoniam eſſentia nõ aliud eſt ab eo cuius eſt eſſentia vti 7. Diuin. patet non primum. ſupra enim oſtendimus materiam abſolutam poteſtatem non fore, ſed actu ſua natura eſſe, licet imperfecto, & indeterminato. Demum afferamus Auer. verba, quæ hanc ſententiam, nedum infirmare, & labefactare, ſed prorſus è medio tollere, manifeſtiſſime videntur. primo enim capite de ſubſtantia orbis, ita, inquit, & hoc poſſe, quo materia ſubſtantiatur, differre à natura ſubiecti, & materiæ, vnde ita ratiocinamur. Nulla quiditas & eſſentia, differt ab eo cuius eſt quiditas & eſſentia, maximè in rebus non compoſitis, vti 7. Diuin. demonſtrat Ariſt. at per Auer. potentia, qua materia ſubſtantiatur, differt ab ipſa materia, ergo potentia, qua materia ſubſtantiatur, quam iſti vocant receptiuam, non erit de eſſentia & qui-

Com. 2.

ditate materiæ. quare horum positio similiter figmentum est. non desunt autem ex Neotericis latini qui asserunt duplicem esse materiæ potentiam, alteram remotam & vniuersalem, & hæc est substantia, & essentia materiæ, de qua primo capite de substantia orbis loquutus est Auer. Altera propinqua, & particularis, quæ accidens est, & hoc modo 1. Physic. loquutus est (aiunt) Auer. Alij vero latini, distinguunt de potentia, quandam esse potentiam dicentes absolutam, & hæc est substantia & essentia materiæ, absoluta porro hæc potentia appellatur, non quoniam nulla ratione per illam sit materia relatiua ad operationem, sed eo quod respicit vniuersam formam, nempe omne formarum genus, omnéque speciem, & indiuiduum, de qua potentia fuere Auer. verba in de substantia orbis. Altera autem est materiæ potentia respectiua, quæ haud vna est ratione, quoniam si ad formam genericam comparatur, generica est, quemadmodum si ad formam specificam referatur, specifica nuncupatur. similiter si ad formam indiuidualem, indiuidualis, & hæc non est eius essentia, sed accidés, quo pacto Auer. 1. Physic. aiunt esse loquutum de potentia. Hos autem arguunt alij posteriores latini, atque totam huiusmodi rei sententiam, in hoc stare aiunt, in materia bifariam fore potentiam, alteram absolutam, quæ essentia materiæ ab illis dicitur, alteram respectiuam. tunc quærunt, illa potentia absoluta, vel actiua, vel passiua est. actiua quidem esse non potest, quoniam ratio materiæ, est pati, si passiua. tunc instant, omnis potentia passiua, est relatiua 9. Diuin. ergo illa potentia non erit absoluta, quemadmodum superiores latini fingebant. propterea ipsi asserunt materiam duplici modo posse spectari, altero autem modo in primo signo naturæ, & in esse vniuersale, quoad ea, s. prædicata, quæ ipsi materiæ competunt, in suo esse quiditatiuo, quo pacto materia est ens absolutum, & substantia absoluta. atque hanc materiæ considerationem soli Metaphysico relegant: quo quidem pacto nullam aiunt potentiam materia claudit, nec propinquam, nec remotam. alio vero modo materia spectatur, vt ad formam confertur, atque secundum signum naturæ isthæc consideratio nuncupatur, & ita potentiam claudit relatiuam, & hoc modo à naturali Philosopho tractatur. postremum asserunt, quòd hęc potentia, quæ in 2. signo naturæ, materiæ competit, bifariam est, altera quæ formam indiuidualem respicit, quæ caduca est, altera vero quę ad formam in vniuersum refertur, quæ quidem perennis est ac formæ aduentu non deletur, & de hac potentia quæ in vniuersum formam æternam respicit 1. cap. de substantia orbis Auer. aiunt esse loquutum, de priori porro potentia, quę indiuidualem formam respicit, quę caduca est 1. Physic. aiunt, Auer. loquitur, quę formę aduentu interimitur. sed hi cum alios arguant, magna sunt digni reprehensione 4. etenim Diuin. testatur Arist. 1. Physic. considerat ens, & quęcũque enti insunt, enti autem insunt actus, & potentia, ergo quicquid considerat primus Philosophus, vel ratione qua actus, vel ratione qua potentia considerabit, tunc quęrimus, in primo signo naturę, & in esse vniuersali solus Metaphysicus, materiam considerat. quare vt est actus, vel potentia, considerabit oportet. si primum dabunt, ergo materia sua natura, actu erit: quod illi valde abhorrent: si potentia, ergo male asserunt in illo vniuersali esse, & primo signo, esse metaphysicum materiam sine potentia spectare. Ad hęc, modus definiendi sequitur modum considerandi, & è conuerso 6. Diuin. atqui Metaphysicus definit materiam per potentiam: ergo considerat per potentiam. minor propositio 3. Metaph. patet. materia non est quid, non est qualis, sed potentia. Amplius rediret opinio Auicennæ asserentis, naturalem Philosophum materiæ primæ, quiditatem, non considerare: in quem inuehitur Auer. 1. Physic. quod autem consequitur, probatur. apud hos enim naturalis Philosophus spectat materiam secundum potentiam quæ est accidés, cum diuinus spectat ipsam secundum potentiam, quæ est substantia. ergo quiditaté materię, Physicus non contemplabitur. quare horum omnium positiones latinorum, in apertissimo sunt mendacio.

Tex. 3.

Tex. 2.

E F G H



Iuniorum

A

Iuniorum quorundam opinio & eius euersio. Cap. XXI.



IVNIORES autem aliqui, è quorum numero nos quandoq; fuimus, à superioribus in præsentis problematis solutione, diuersam in medium sententiã afferunt, & multis prius susceptis, ad princeps institutum deueniunt. Nempe scientias, conuenire posse in re considerata: distare uerò, & differre, in modo considerandi, vti Auer. & Arist. non semel monuerunt: Quo fit, vt diuinus, & naturalis materiam spectabunt, sed alia, & alia ratione. diuinus enim cuncta vt entia sunt, contemplatur: Quare materia, vt ens & substantia est, spectabit: naturalis verò vt principium est entis naturalis, materiam contemplabitur, hac ratione, potẽtia quæ est materiæ natura, ab utroq; philosopho distincta tamen ratione, spectabitur. Accipiunt vlterius, duplicem inueniri in materia potentiam, alteram substantiam, alteram vero accidens, quod per Auer. planum faciunt. primo enim Physic. potentiam dicit
B esse accidens ipsi materiæ, & non substantiam, quæ deletur formæ oppositæ aduentu. In primo autem de Substantia orbis potentiam esse materiæ substantiam asseuerat. Quare duplex in materia potestas inspicitur, altera quæ est accidens, altera quæ est substantia. His quidem suppositis tria in materia considerant, primum autem quod ipsa est actu substantia imperfecta, quam quidem imperfectionem potentiam aiunt nonnunquam Arist. nuncupare: quæ quidem perennis est, & nunquam defectura, quæ indeterminata ad omnes formas est: & hæc potentia est passiua, quæ substantia est imperfecta, & ab omni forma perfici valet, & hæc est essentia, & substantia materiæ, de qua Auer. primo capite de Substantia orbis loquitur. Alexander in 1. de Anima, & Arist. 7. & 10. Diuinorum & 1. Physi. secundum quod in materia considerant, est habitudo, qua ipsa prædita est ad formas recipiendas ob suam indeterminationem, & hæc formæ aduentu deficit, & deletur, atque hæc est accidens, de qua quidem potentia loquutus est Auer. primo Physi. Quare istorum solutio hæc est, quòd potentia quandoque pro substantia indeterminata, & imperfecta sumitur, atque hæc est sub-
C stantia, & essentia, materiæ: quandoque uero pro accidente, quæ deficit formæ aduentu, atque hæc est illi accidens, sed horum solutio recta non est. Auer. enim uerba quæ sibi opponi uidentur, non conciliant. Nec etiam vera fatentur, atque in medium Auer. verba in de Substantia orbis proferamus, vnde natura huius subiecti recipientis, substantiales formas, idest primę materię, necesse est esse naturam potentiæ, scilicet quòd potentia est eius differentia substantialis, & ideo nullam habet formam propriam, & naturam existentem in actu, sed eius substantia est in posse, & ex hoc materia recipit omnes formas. deinde subdit, sed hoc posse quo substantiatur hoc subiectum, differt etiam à natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse in hoc quòd posse dicitur respectu, forma. hoc autem est subiectum vnum entium. hoc autem subiectum, est elementum vnum ęternum, existentium per se: quorum in potentia est substantia per se. ex quibus Auer. verbis, multa bona colliguntur aduersus Iuniorum sententiam. primo enim colligitur quòd hęc potentia qua substantiatur materia prima, differt à materia prima, ergo non erit essentia materiæ primæ. nulla enim essentia ab eo cuius est differre, vt ex Arist. planum supra fecimus in 7. Diuin. Quare falsi sunt iuniores,
D quod potentia pro substantia imperfecta & indeterminatione sit materię essentia. secundum colligitur quod hęc potentia refertur ad formam, & est relatiua. ipsi autem asserunt quod hęc potentia est qualitas. Demum percontabimur ab his, num hæc indeterminatio, & materiæ imperfectio differat à materia, vel idem sit cum materia? si primum dabunt, non erit illa potentia essentia materiæ, nulla etenim essentia ab eo cuius est essentia differre potest: non secundum, quoniam natura sua materia considerata, actu & non potentia est: quemadmodum superiore disputatione docuimus, & ipsi etiam fatentur: quare horum sententia vana est, nec me latet Latinorum plures esse ad hanc rem sententias, imo potius ambages: quę quoniam friuolæ sunt, & falsis innixæ fundamentis, & ex nostris dictis eorum falsitas comprehendi potest, bona fronte prætermisimus.



E

Propria opinio de potentia materiæ *Cap.* XXII.



Æterum horum reiectis sententiis, quid nos sentimus, in medium afferre iam tempus est. Asserimus itaque nullam potentiam, esse materiæ essentiam, & de quiditatiuo esse materię, sed omnem potentiam, quę materiæ inest, accidens fore. Et si quædam sit potentia quę circunscribat materiæ vltimam differentiam, atque per consequens haud sit substantia sua, sed potius illam circumloquatur, & describat potius quam definiat. Altera verò est potentia quæ accidens est etiam, sed materiæ nobis ignotam differentiam, circumscribere non valet, atque hæc est quæ formam determinatam respicit cum priuatione, & deletur forma opposita aduentu: de priore itaque potentia loquutus est Auer. in primo capite de Substantia orbis, cum asserat ipsam esse substantiam, intelligendum est circumscriptiue, quoniam subdit postea Auer. & hæc potentia qua substantiatur hoc subiectum differt à natura subiecti: ergo non est vera potentia essentia materiæ, alioquin non bene diceret Auer. hanc potentiam, qua substantiatur hoc subiectum, differre à natura subiecti. nulla enim essentia (vt pluries diximus) differt ab eo cuius est essentia: de hac similiter potentia, quę vltimam nobis ignotam materiæ differentiam describit, intelligit Alexander cum esse materię in hoc posse dicat consistere, similiter Arist. cum eius naturam hanc potentiam vocat, intelligit. De posteriore verò potentia, quę materiæ essentiam circunscribere non valet 1. Physic. Auer. intelligit, similiter Arist. cum asserat 3. Physic. non esse eandem potentiam sanitatis & ęgritudinis, atque hęc est accidens, quæ deletur formę determinatæ aduentu: sed vt hęc planiora euadant, sciendum est quod materia vt superiore disputatione docuimus, secundum mentem Alexandri, Simplicij, & Themistij, natura sua actu est, etsi imperfecta. non autem potentia, nisi vt formas respicit, est. quo fit, vt nulla potentia sit vere sua essentia: alioquin materia non foret actu materia, sed potentia. cuius oppositum supra patet, ergo nulla potentia, erit sua essentia. Verum quoniam hic actus, qui materiæ à peripateticis condonatur, indeterminatus, & imperfectus est, atque ab omnibus formis specificis, perfici, & determinari potest. Hac ratione 3. Physi. ratio materiæ, est ratio infiniti dixit Arist. & 4. de Generatione animalium, eius naturam indeterminationem & infinitatem nuncupauit, quem actum imperfectum & indeterminatum insinuauit 7. Metaph. cum dixit materia non est quid, non est qualis, non est quanta, nec aliquod quibus ens est determinatum, sed potentia ad omnia. Hunc vero actum indeterminatum circũscribunt nobis Peripatetici per potentiam, atque substantiã naturam materię esse volunt. extat enim Arist. 2. Poster. præceptam, cum vltimæ differentię nobis latent, significare. & circũscribere illas propriis debemus, quod Auer. planum fecit eodem 2. Analit. Hinc iam elucet potentiam potius circũscribere & significare, materię essentiam hoc est actum illum indeterminatum, confusum & imperfectum, quàm veram essentiam & naturam materię fore. Hæc (inquam) potentia, quę essentiam, & vltimam materiæ primæ, differentiam, nobis designat, indeterminata, & imperfecta, confusaque, vocabitur potentia: quæ omnem formam respicit, indifferens suapte natura, ad omnes formas recipiendas, quemadmodum Auer. 2. Physic. testatus est. si verò potius hanc, quàm illam formam suscipit, merito est agentis potius ad hanc, quàm ad illam formam, materiam impellentis. sed ambiges: quare hic actus imperfectus, & hæc natura materiæ primę, ignota designari per potentiam potius, quàm per actum, cum actus sit notior potentia, & definitio ex notioribus constare debet, ergo actus potius, quàm potentia, debet materiam designare. soluitur, & duas causas assignamus, cur potentia potius quàm actus, materiæ potentiam circũscribat. Altera autem est, quod hic actus qui materiæ primę iuxta suam naturam illi competit, imperfectus valde est atque indeterminatus, vt pluries dictum est. vnde potius accedit ad naturam potentię, quàm actus. est enim hic actus materiæ primę perfectibilis ab omnibus specificis formis, & illas recipere est hic actus natus. Quæ quidem proprietas potentię potius quam actui attestatur. Vnde & hic imperfectus actus potentia passiua ab Arist. nuncupatur. Altera verò causa est, quoniam materia à philosopho naturali, contemplatur vt respicit formas, atque illis substernitur. Hoc autem per potentiam potius quam per actum sibi competit, ergo rationi consentaneum magis erat naturam materię per potentiam quam per actum describere. Atque istæc potentia à philosophis peripateticis

Marginalia: F (beside "non bene diceret Auer."); G (beside "ficis, perfici"); Cap. vlt. Text. 8 (beside "xit Arist. & 4. de Generatione"); Cõm. 20. (beside "ster. præceptam"); Com. 48. (beside "imperfecta, confusaque"); H (beside "formam, materiam impellentis" line).

A teticis circũscriptiua & designatiua, naturæ & essentiæ materię primæ ponitur, potiùs quam sit essentia & natura materiæ primæ. Alia verò potentia in materia consideratur quæ determinata, & certa est respiciens determinatam, ac certam formam, atque hęc est illi accidẽs: non quoniam prior potentia sit substantia, sed ambę potentiæ accidentia sunt: sed isthæc posterior potentia, vocatur accidens, quia nullo pacto cum aduentu formæ oppositæ deletur, potest naturam & substantiam materiæ designare. prior autem substantia nuncupatur: quoniam substantiam nobis & naturam materiæ, nobis circũmscribit. Nec deficit aduentu formę, sed perennis est, sicuti ipsa materia. Ex quibus Auer. verba Alex. & Arist. iam conciliantur, & ambiguitates in aditu quęstionis motæ, nullius sunt momenti. Atque hæc est de hac re nostra sententia.

Num trina dimensio materiæ primæ coæterna, eademq; numero in genito & corrupto, opinio Auer. *Cap.* XXIII.

B



HVCVSQVE eas difficultates prosequuti fuimus quæ materiam concernebant: nunc verò de ipsa trina dimensione quę propria materię ponitur affectio, ob quam affirmatur, recipere materia formas partibiles, antequã illas recipiat, agendum est. Est vero trina dimensio, longitudo, latitudo, & profunditas: quod quęritur hoc est, num materia antequam formas suscipit, sit longa lata & profunda: & num materiæ sit coęterna, eadem existens numero, in eo quod oritur & in eo quod interit. Auer. itaq; in 1. cap. de Substan. orbis, & in Paraphrasi 1. Philos. asserit multis rationibus, interminatam hanc magnitudinẽ pręesse materiæ coęuam omnibus formis suscipiẽtis, & remanere eandem numero in genito & corrupto, atq; primo, ita aggreditur probare si non daretur hæc magnitudo, tunc corpus esset ex non corpore & dimensio ex non dimensione: & tunc formæ corporales essent contrariæ, hoc idest dimensiones sunt sibi inuicem contrariæ, & succedentes sibi inuicem in subiecto: quemadmodum sibi inuicem succedunt formę substantiales in eadem materia, hæc omnia absurda
C sunt quæ sequuntur, ergo interminata magnitudo concedenda est. Verum quomodo isthæc absurda sequuntur, qui Auer. doctrinam magnificiunt multa fingunt, quę quoniam Auer. mentem non pertingunt pręætermittantur, tum etiam quod in illis commode isthęc legi possunt. Mihi autem videntur duobus prius sumptis, quę Auer. dicit, absurda sequi. Alterum est quod quicquid fit ex suo contrario determinato fit, & nascitur: quemadmodum in contrarium terminatum corrumpitur, sicut patet 1. Physic. Alterum verò quod istæ quantitates interminatę, nõ habent contrarium, quoniam omnis in terminatio prouenit à materia vel à potentia, modo materię nihil est contrarium, quo fit, vt huiuscemodi interminatę magnitudini nil sit contrarium. his quidem iactis Auer. ita deducuntur, si ista magnitudo fieret, & omne quod fit ex contrario fit, ergo hęc magnitudo ex non magnitudine fieret & corpus ex non corpore, sed hoc esse non potest, quoniam hęc magnitudo cum sit interminata, non habet contrarium, vt secundo loco supposuimus: ergo magnitudo hæc interminata de nouo fieri nõ potest, sed coęterna erit. Adhuc hoc probat ex effectorum naturalium obseruatione.
D inspicimus enim quod cum aqua ad aeris raritatem accedit, atque quantitas, cum tanta efficitur, quantam forma aeris expostulat, tunc aquę forma corrumpitur: illa verò aeris in actũ prouenire, nec putandum est, noua forma aeris adueniente priorem quantitatem corrumpi, sed remanet: quemadmodum sunt & alia accidentia, communia genito & corrupto, vt diaphaneitas in aere & in aqua, & caliditas ignis & aeris. Ad hęc si magnitudo hæc interminata à materia negaretur, illud absurdum futurum foret, quod materia simul numero, specie, formas differentes non reciperet, quod est manifestissimum absurdum. Quod autem consequitur, manifestissime probatur: differentes formæ vel numero, vel specie, in eadem parte materiæ simul recipi nequeunt, nisi materia ante formarum aduentum in plures partes partiatur. partiabilitas autem quanto tribuitur, vt patet 5. Diuin. & 1. Physic. ergo alterum duorum fatendum est, vel quod simul formas materia distantes recipere non valebit: quoniam caret magnitudine, quę omnis partibilitatis causa est, vel ipsa magnitudo, vt cõcedatur, oportet. Ad hæc, si hæc magnitudo materiæ coęua nõ esset, hoc maius absurdum sequeretur, quod forma non diuideretur per diuisionem materię, nec in materia partibiliter ipsa reciperetur.

Cap. de quantitate. *Tex.* 15.

retur, siquidem quicquid in aliquo indiuiduo recipitur, indiuiduum & ipsum erit: quicquid verò in aliquo subiecto diuiduo recipitur, diuiduum & ipsum erit. Cum autem forma materialis in materia recipitur, quæ cum ponatur carens quantitate, cuius passio (vt supra diximus) est diuisibilitas, indiuidua erit: quare & forma indiuidua similiter erit, ergo hæc forma in materia recepta, ęterna & carens contrario erit. non enim interit forma, nisi quia subiectum plures habet partes, quarum alteram ipsa, alteram forma alia informat. quę enim mutuo corrumpuntur, materiam habent communem, postremum sequeretur, materia nullam formam recipiat vlterius, nisi illam primam quam habet, quemadmodum Auer. citato loco notauit. E

Opinio Latinorum de trina dimensione, & Auer. sententiæ, à Latinis euersio. Cap. XXIIII.

In prima par. q. 76. & intra. & de natura materiæ, & 4. sent. dist. 13. q. 1. 4. contra Gent. c. 8.



ANC Auer. sententiam Latini aliqui, quemadmodum D. Thomas euertere nituntur. Quicquid est impotentia, ordine quodam ad actum proficiscitur, nempe suscipit primo simpliciter actum primum, postea sequentes alios actus. atqui materia prima, sua natura, potentia est ad omnes accidentis, & substantiæ actus, quare ordinę quodam, illos recipiat. ergo prius recipiet actum illum, qui simpliciter est prior, cuiusmodi est esse materiæ ipsum quod recipitur, esse autem omne, à forma substantiæ, ergo prius recipit formam substantiæ, postremo alias formas: quare trina dimensio, ante formas suscipiendas, nequaquam erit materiæ coæua. Amplius vel ista magnitudo interminata, est educta de potentia materię, vel nō. si educta, ergo corruptibilis: si nō educta, ergo quartū foret eorū quę natura cōstāt principiū. Quicquid enim permanet, & nō fit ex alio, necesse ęst, vt sit principiū. quare male Philosophus dixisset, tria solum esse principia naturæ, scilicet materiam, formam & priuationem. præterea vel illæ dimensiones interminatæ, separant partes materiæ, vel non. si separant, tūc haberet materia partes distinctas actu, & non ab aliqua forma substantiæ, cum omnis distinctio, sit ab aliquo actu, 7. Diuin. quod valde absurdū est. si verò non separant, nisi in potentia, frustra ponitur in ipsa materia, si quidem in ipsa potentia est ad partum distinctionem, quam ex formæ introductione acquirit: ergo vana est hæc dimensio interminata. Ad hæc, omne accidens, subiectum in actu requirit: vt Philosophus in categorijs, in de genere substantiæ, his verbis testatur. Quicquid aliud est à prima substantia, aut de prima substantia dicitur, vti est ipsa secunda substantia, aut est in prima substantia: quemadmodum, sunt omnia accidentia. atqui trina dimensio, accidens est, ergo in subiecto in actu, nempe in secunda substantia, & non in simplici natura materiæ, fundabitur. Ad hæc, ens per se, prius est eo quod est per accidens, 2. Physi. & 5. Physi. sed quod ex materia, & forma substantiæ fit compositum, per se est, quod verò ex materia & dimensione coalescit, per accidens est compositum. ergo formas substantiæ primum materia, deinceps dimensiones recipit. Demum Arist. 7. Diuinæ philosophiæ inquit, substantia est accidentibus prior natura, tempore, & definitione, sed formę substantiæ, naturales sunt, trina dimensio est accidens, ergo formæ naturales præcedunt. Ad hæc, aut ex dimensionibus interminatis, fit vnum aut non. si fit vnum, vel per se, vel per accidens. non per se, quoniam ex subiecto & accidente, non coalescit aliquod tertium per se, vti 5. Diuin. demonstrauit Arist. si verò per accidens conflatur vnum, cum omne per accidens, ad id quod est per se, reducitur, & illud præsupponit: Quare resistere aliquod debet quod est per se vnum conflatum, hoc verò non est, nisi id quod conflatum est ex materia, & forma substantiæ, ergo vt forma substantiæ, magnitudinem hanc interminatam pręcedat oportet: si verò non fit vnum ex huiusmodi dimensionibus & materia, illud foret absurdū, quod esse acidentis connumerabitur illi in quo est, quod fieri nullo pacto potest, nisi essent mutuo separata: Quare dimensio isthæc interminata, in materia non coexistit, atque formam substantiæ præcedens. Amplius in quolibet ente naturæ, certa est mensura quantitatis, ultra quam, & citra quam, nequaquam extenditur animaduersio physica, sed id quod est indeterminatum, aufert à quantitate certam mensuram. ergo quantitas hæc terminata, non ponitur intra limites consideratio nis physicę. Ad hæc, principium omnis dimensionis, est terminatū, ergo non datur aliqua magnitudo interminata. antecedens manifestū est. omniū enim dimensionum

Tex. 49. (margin beside: "ctio, sit ab aliquo actu, 7. Diuin.") G

Tex. 66. Text. 2. & 8. Physi. Tex. 39. Tex. 44. (margin beside: "& non in simplici natura materiæ" … "mas substantiæ primum materia")

F H

A sionum, tertius est punctus, qui interminatus esse non potest, vt lineæ. consequentia autem probatur. fieri autem non potest, vt principium alicuius rei, sit terminatum, & res illa nõ sit terminata. Ad hæc, cũ ex aere fit ignis, in igne genito, longe maior est quantitas, quàm in aere corrupto: Quare si eadem dimensio, manet in igne genito, quę præfuerat in aere corrupto, quęritur aut eadem præcise est dimensio, cum priori, aut diuersa. non primum, nã idem simul esset maius & minus respectu eiusdem. Quare diuersa erit, & in igne genito, aliqua portio dimensionis, quæ prius in aere corrupto non præfuit, erit. ergo si hęc pars de nouo genita est dimensionis, ergo & tota dimensio, etenim quęcunque eiusdẽ rationis sunt, quod vni per se conuenit, & alijs etiam non repugnat, veluti 2. de cœlo monstrauit Auer. Atqui omnes magnitudinis partes eiusdem sunt rationis, ergo si aliqua illarum generatur, & omnes aliæ, vt gignantur necesse est. Quare trina dimensio eadem numero ingenito, & incorrupto, æterna esse non potest. Ad hæc, si aliqua magnitudinis portio, genita foret, aliis æternis existentibus: tunc illud contingeret impossibile, vt idem à seipso specie, genere, & plusquam genere distaret: quoniam corruptibile & incorruptibile, genere, & plusquam genere differunt: vt 10. Diuinorum declarauit Arist. Demum ad sensum patet, ꝙ res aliqua trium cubitorum gignitur ex alia vnius cubiti, ergo eadem numero dimensio, ingenito & corrupto esse nequit, ex corpore similiter hominis, & alterius animalis maioris quantitatis, generatur vermis, minimæ quantitatis, ergo fieri non potest, vt eadem numero, sit in genito, & in corrupto. Ad hæc, materia potentia est passiua contradictionis, 9. Diuinorum. ergo non magis dimensionem, quàm priuationem dimensionis, erit apta recipere. Ad hęc, omnis forma, quæ à materia pendet, ex materia educitur, oritur, & interit, atqui trina dimensio, à materia pendet, ergo vt oriatur, & intereat, necesse est. Quare hi asserunt dimensiones fore in materia, æternas specie, non autem numero, & quantitas, quę in Platone orto reperitur, de nouo genita est, atque ad Platonis interitum, magnitudo illa deficit & interit, quapropter nulla magnitudo coæua materiæ primæ esse potest, & eadem numero, ingenito & corrupto, vti Auer. credebat. Affirmant rursus & aliud, dimensiones, non procedere formas substantię naturales, sed eas concomitari & sequi. Etenim materia, agentis impulsu, primo recipit formam substantiæ, deinde efficitur quanta, forma affecta: Quare in materia, actu haud est isthęc dimensio, sed potentia, quemadmodum enim omnium qualitatum contrariarum, vna est capax materia, eadem enim est materia calidi, frigidi, humidi, sicci, albi, nigri, vt 4. Physi. testatur Arist. ita eadem numero erit materia magni, & parui: existens enim sub magno, potentia est ad paruum, & econtra, & quemadmodum materia, sua natura, priuata est omni forma substantiæ, ita omni accidente, priuata etiam erit. Etenim si natura sua, sub aliqua esset forma, alias formas recipere ipsa non valeret, ita si aliquam magnitudinem sua natura, haberet in oppositam magnitudinem nunquam facta iret. omnes ergo formę substantiæ, & accidentis, vel terminati, vel interminati, ope agentium naturalium, & gremio materiæ educuntur, similiter intereunt, & occidunt. postremum soluunt rationes Auer. atque asserunt incommodum & absurdum nequaquam fore, aliquod corpus ex eo quod non est corpus fieri, si referatur ad causam materialem, ex materia etenim quæ non est corpus, fit corpus, si verò intelligimus id, quod est corpus, fieri ex eo quod non est corpus, vt refertur ad terminum à quo, falsa (inquiunt) est Auer. enunciatio, oportet enim materiam ex qua corpus efficitur, semper dimensionibus fore præditam. vnde fieri non potest, vt corpus ex non corpore, hoc est post non corpus efficiatur. Demum affirmant, istas dimensiones oriri, atque interire non terminatiue, sed concomitatiue, vt eorum verbis vtar, quæ enim sic generantur & intereunt, vt terminus a contrario nasci, & corrumpi oportet. Ipsę autem dimensiones, generantur concomitatiue, & ideo nec à contrario oriri, nec à contrario corrumpi necesse est. Quare patet solutio primi argumenti Auer. soluunt autem alia Auer. argumenta, hoc modo. concedunt enim formam fore diuiduam, ad diuisionem subiecti, negant tamen hoc fieri per præcedentem dimensionem, sed per illam, quæ consequitur ipsam formam, atque merito dimensionum terminatarum materiam, in plures portiones diuidi asserunt, non autem per interminatas dimensiones, vt credebat Auer. Quę ergo sit horum opinio, & rationes, ex dictis manifestum est.

Marginal notes: Com. 49. (beside "vni per se conuenit … Auer."); B Tex. 25. (beside "genere differunt … Demum ad sensum"); Tex. 17. (beside "9. Diuinorum"); C (beside "su, primo recipit formam"); D (beside "materiam ex qua corpus efficitur").

E

Euersio opinionis Latinorum, Auer. defensio, atque propria opinio. Cap. XXV.



SED, vt ingenue fateamur, horum sententia recta non est. Ab Arist. enim & veritate recedit, atque quæ contra Auer. dicunt, nullius sunt momenti. opinio enim Auer. est opinio Græcorũ, vt Alexandri, Simplicij, Philoponi, quemadmodum paulo inferius docebimus, eiusque argumenta, (salua pace) non mihi videntur percipere. nos autem digerimus argumenta Auer. quę nullam illorum fugam patiuntur, atque ita instamus, si in materia, ante formarum aduentum, magnitudo non pręesset, ipsi coæua, eademq; ingenito, & incorrupto, tria sequerentur incommoda: primum materiales formæ, forent per se indiuiduæ, dico per se, & per accidens. secundum, non esset motus in rerum natura. tertium, materia vnam haberet formam, atque nullam aliam suscipere posset: neque simul, neque successiue: F Quare non daretur ortus rerum, & interitus: & rediret opinio antiquorum, negantium ortum, & interitum rerum, atque illarum multitudinem. Quod autem isthæc omnia consequuntur, duobus prius sumptis, probatur. Alterum est, quicquid recipitur in aliquo, mediante aliquo, recipitur in illo per naturam illius medij: quemadmodum albedo, quæ est
Tex. 80. indiuisibilis recipitur in corpore, mediante superficie quæ est diuisibilis, ipsa albedo diuisi-
Tex. 15. biliter etiam recipi oportet. Quam rem in 8. Physic. Arist. declarauit: cum dixit in maiori magnitudine esse maiorẽ virtutẽ, & in minori magnitudine, esse minorẽ virtutẽ, in 1. Physi. & in Categorijs dicit, quanta est superficies: tantam dicis esse albedinem. Auer. demum
Cõm. 5. in 3. de Anima, asserit omne quod recipitur in aliquo, per naturam illius quo recipitur, vt recipiatur necesse est. similiter Auer. in de substantia orbis, ea ratione asserit, intelligentias recipi in ipso orbe indiuisibiliter, quoniam recipiuntur ante trinam dimensionem, istæ verò materiatæ formæ, partibiles sunt, quoniam post dimensionem recipiuntur. satis ergo primum suppositum elucet, omne scilicet quod est indiuisibile, & recipitur in aliquo subiecto, medij aliqua natura diuisibili, vt & illud tale diuisibiliter recipiatur, necesse est. Alterum verò quod est accipiendum, est vt diuisio sit merito quantitatis, & si aliquibus alijs præter quãtitatem competat, non nisi merito quantitatis competere debet, quemadmodum docuit G Arist. in 5. libro primæ philosophiæ: omne, inquit, quod diuiditur, & partem extra partem habet, hoc merito quantitatis, & magnitudinis habere. Quibus iactis, primum absurdum ita deducimus, materia est indiuisibilis, forma materialis, est similiter sua natura, indiuisibilis, ergo indiuisibiliter in materia, vt recipiatur necesse est. Quare forma ipsa materialis, erit indiuisibilis ratione materiæ, & ratione suæ naturæ, nec per consequentem magnitudinem, formã diuidi, vt Latini credebant, asserendum est. quippe cum ipsa magnitudo, recipiatur in materia mediante ipsa forma, indiuisibiliter etiam, vt recipiatur, necesse est. Quicquid enim in aliquo recipitur per naturam mediam aliquam indiuisibilem, vel diuisibilem, indiuisibiliter, vel diuisibiliter recipi oportet, vt per primum quod iecimus fundamentum, manifestum est. Quare si materia, ante formarum susceptionem, magnitudine affecta non foret, tunc formæ materiales per se, & ex accidente indiuiduæ forent, quod ab Arist. & à veritate alienum est, ergo patet primum incommodum, sed nostro argumento non aspernenda se se ingerere videtur difficultas, hæc enim ratio quæ latinos torquet, te etiam molestabit H asserentem, ante formarum aduentum, materiam fore magnitudine affectam, quod ita probamus, Quicquid recipitur in aliquo, mediante natura illius recipitur, quo recipitur. atqui trina dimensio, recipitur primo in materia, (secundum nostram opinionem) quę est indiuisibilis, ergo & trina dimensio indiuisibiliter recipietur. similiter & forma, quæ media trina dimensione indiuisibili recepta in materia indiuisibiliter etiam recipietur, nisi esset ꝙ trina dimensio non recipitur in materia, sed ipsi coæua est, & coæterna, & si Auer. dicat in de Substantia orbis, materiam recipere primo ipsam dimensionem; deinde formas: hoc est intelligendum, quoad ordinem generationis, non autem quoad rem ipsam. vel dicas, magnitudinem recipi in materia, sine medio. nostrum verò suppositum, intelligitur mediate. secundum verò absurdum, ea ratione qua primum deducitur, auferetur scilicet motus, quoniam materia recipit formam indiuisibilem, indiuisibiliter. trina autem dimensio

per

A per hos recipitur mediante forma quæ est indiuisibilis, ergo & indiuisibiliter recipietur: Quare compositum indiuisibiliter etiam erit, & sic auferetur motus, & corpora naturalia, quorum ratio est diuisibilitas, cum docet Arist. 6.Physic. omne mobile esse diuisibile, similiter & corpus quod mobile est, ut in partem mouentem, & in partem mobilem diuidatur, necesse est, quemadmodum & ipse 8.Physic. etiam docuit. sed dubitabis, huic rationi dici potest, formam diuidi ratione materiæ, cum in ipsa recipitur quod Arist. videtur dixisse 5. Tex.69. Physic. cum materiæ tribuat partibilitatem, atque diuisionem, formæ verò impartibilitatem, quod totum deinde confirmauit 4.de animalium generatione. soluitur, diuisionem competere materiæ, ratione magnitudinis, qua semper ipsa prædita est, cuius merito omnis diuisio est, vt per secundum quod adiecimus nostrum suppositum patet. Tertium absurdum, ex prius iactis deducitur, nempe materiam plures formas recipere non posse, nec in eadem parte, nec successiue, & sic entium multitudo e medio tolleretur, quoniam materia, ante formarum susceptionem, potentia est, vt plures formas recipiat, quæ in eadem parte simul recipi nequeunt, ergo vt in plures portiones diuidatur, opus est, sed diuisio est ratione quan
B titatis, ergo vt quantitate affecta sit, ante formarum susceptionem opus est: Quare si hac dimensione ante formarum susceptionem, materia nequaquam foret affecta, formas recipere non valebit. similiter nec successiue. siquidem cum in materia, aliqua forma agentis impulsu introducitur, prior corrumpitur. Quare materia partem debet habere sub forma corrupta, partem verò sub forma generanda, ergo vt diuidatur necesse est. Est enim diuisio, partem extra partem habere. Quare nisi materia magnitudine coæua, affecta foret, antequàm formas recipiat, omnis generatio, & corruptio de medio tolleretur. verùm Latini (si dicta eorum diligenter considerabimus) his absurdis commode satisfacere credunt, ni potius fugam illos afferre, mauis dicere. Credunt enim materiam actu indiuiduam fore, potentia verò diuiduam. actu autem diuidua efficitur, à trina dimensione, consequente formam materiatam. Quod totum per ipsummet Auer. confirmari potest. etenim queadmodum calidum in actu, haud inducit in subiecto caliditatem, sed potius è subiecti potentia, ipsam educit, & quod erat potentia calidum, fit actu calidum, vti 12. Diuino. ipsemet Auer. declarauit, Com.18.
C Ita generans, educit de potentia materiæ ipsam magnitudinem, & quæ erat antea potentia magnitudo, merito agentis, actu magnitudo efficitur, quod 3. cœli videtur Auer. his verbis declarare. Quod ait est prius substantia, substantia est: Quare dimensio cnm sit accidens Com. 17. actu præcedere non potest formas substantiæ materiales. Sed horum responsio. nulla est si enim materia, potentia habet magnitudinem, tunc ex quacunque minima materię portione, posset gigni corpus quantumuis maximum. & quemadmodum ex vno pugillo terræ, generantur mille ignis, ita ex dimidio pugilli, mille etiam ignis generarentur. similiter ex dimidio dimidij. quod autem hæc consequantur, ita probatur. materiæ portio minima omni forma & magnitudine ope intellectus ablata, potentia est, ad omnem magnitudinem, & ad omnem formam recipiendam, sua natura, ergo ex vno pugillo terræ, & ex dimidio pugillo æqualiter possit generari, eadem magnitudo ignis: Quare si hoc non fit, in rerum natura, defectus erit ipsius dimensionis, quæ existens in dimidio pugilli terræ, non potest se extendi ad terminum tantæ magnitudinis ignis, quemadmodum se extendit dimensio, existens sub vno pugillo terræ. Ad hæc, nullum posterius est in causa, vt prius variatur. trina autem
D dimensio, est posterior forma, per hos, ergo in causa esse non potest, vt forma ipsa diuidatur. Ad hæc, vel materia ante formarum aduentum, actu habet magnitudinem, vel potentia. si primum dabunt, habetur quod quæritur, non secundum, quoniam quicquid est in potentia agente indiget, aut eiusdem speciei, aut eiusdem generis, vt ad actum deducatur: quantitas verò, cum non sit principium actiuum, nec passiuum, vt apud Arist. 4.& 5.Physi. patet, necessario sequitur, non posse educere quantitatem quæ est in potentia illa quantitas, quæ est in actu, ergo in potentia quantitas esse non potest, in materia ante formarum aduentum, sed debet esse in actu. præterea quicquid deducitur de potentia ad actum, habet contrarium, & patitur, atqui quantitas, non habet contrarium, nec patitur, vt patet 4. & 5. Physic. & in Categorijs capite de quantitate, ergo quantitas, educi de potentia ad actum nō potest: Quare semper erit quantitas actu in ipsa materia. Amplius manifesti sensus hęc opinio contradicit. videmus etenim ꝙ antequā forma ignis, in ligno ab agente educatur, lignum exiccatur, atq; calefit, & quātitatiue disponitur, deinde forma introducit: Quare ante formarū aduentum dimensionem in materia præcedere oportet. Demum accidens non educitur de

potentia materiæ, quæ est substantia: quoniam nullum accidens habet materiam ex qua, vt E
Tex.14. Arist. 8.Metaph. his verbis declarauit. Neque quęcunque itaque natura quidem, non substantia verò non est his materia: sed quod subiicitur, substantia quę causa eclipsis, quę materia non enim est, sed luna quę patitur. similiter Auer.in 6.disputatione contra Algazelem, *In solutione dubij 6.* quod & Arist.in 1.Physi.& in 1.de Gener.manifestum fecit. cum accidentium non esse generationem, sed congenerationem dixisset: quare cum dimensio sit accidens, materia verò est substantia, ab illius gremio educi non potest, ergo actu ęternam pręesse oportet ante formarum aduentum materię trina dimensione. Rursus cum forma recipitur in materia, postea consequitur dimensio, saltim in illo priori materia & forma efficient compositum, penitus indiuisibile per se,& per accidens, quod mens humana capere non potest. Age verò & videamus responsiones horum, ad argumenta Auer. asserebat enim Auer. quod si materia ante formarum aduentum magnitudine nequaquam foret affecta, illud eueniret incommodum vt corpus ex non corpore constaret. Quam consequentiam irridebant hi, sed latet illos hanc rationem non esse Auer.inuentum, sed magni Alexan. postremo Simplicij, & Philoponi:
Cap.2. Alexander verò primo lib.suo de Anima, hanc rõnem his verbis considerauit, mirandum nõ F
esse, inquit, si corpus fiat ex materia & forma incorporeis. nam quicquid fit, fit ex eo quod tale minime est, quale futurum est. calidum enim fit ex non calido, & frigidum ex non frigido: subdit tamen non simpliciter generari corpus, quoniam corpus semper est, ergo Alex. his verbis lucidissime fatetur, materiam ante formarum aduentum quantitatem perpetuo habere ingenitam & incorruptam, hinc Philosophus in 1.de Ortu & Interitu, & 6. Physic. ex incorporeis componi magnitudinem & corpus negauit: quare materia perpetuo hac quãtitate corporea, ante formarum aduentum affecta esse debet: reliquas verò ad argumenta Auer. latinorum responsiones sola Alex.autoritas confutabit. Nunc verò Auer.sententia explicanda est. opinatur itaque Auer. quemadmodum materia sua natura actu est, & ad se ipsam nequaquam potentia, sed ad formas recipiendas est potentia ęterna eademq; numero ingenito & in corrupto, ita trina hęc dimensio actu trina dimensio est. non autem ad seipsam potestate, sed ad terminos quantitatis est potentia, ad magnum scilicet & paruum,vt infra docebimus. Eadem numero ingenito & corrupto, æterna, & vna numero per priuationem terminorum,sicut materia vna numero dicitur per priuationem omnium formarum. G
Cõm. 84. quod quidem Auer.4.Physic.vult, cum ait, augumentum effici propter noui termini acquisitionem: non autem ob nouam ipsam quantitatem. Causa verò ponendi hanc dimensionẽ multiplex est. prima quidem quoniam materia potentia est, vt varias formas non solũ simul, sed successiue recipiat: quas quidem recipere nequit nisi dimensionem hanc habeat, cuius merito in plures portiones diuidi posset, atque partem extra partem habere sub forma cor-
Tex.19.& 20 rupta, & sub forma generandi. secunda causa,quoniam Arist.in 2.de Anima in anulosis animalibus asserit animam actu vnam esse: potentia verò plures, fit verò actu plures per diuisionem. Ibidem verò vult contra Platonem formas imperfectas, vt animam lacertæ fore diuisam & partibilem, ob diuisionem subiecti, quoniam partes huius animalis decisæ viuunt: quare vult formas esse partibiles & diuisibiles per ipsum subiectum: quemadmodum & nos docuimus in disceptatione, num anima sit tota in toto animalis corpore, & tota in qualibet parte illius: quare formæ materiales diuiduæ sunt, atque partibiles: quod verò non esset nisi magnitudo materiæ ante formas præesset, vt supra diximus. Tertia verò causa est quod H
quãtitas est velut serua & ministra ipsius materiæ, qua materia recipere valebit formas ipsas: ex his ergo quę pręcipue sunt causis, asserendum est magnitudinem ante formarum aduentum coęuam materię pręesse, sed hæc opinio non est Auer.inuentũ, sed ipse accepit ex vberrimis Philosophię fontibus, Alexandro, Simplicio, Philopono. velim autem sciant hos qui hac in re Auer.dogmati, contradicunt, Græcis ipsis, idest veris Arist.interpretibus contradicere: reliquum est igitur vt hanc sententiam Grecorum expositorum, & ipsius Arist.testimoniis confirmemus. Iam vidimus Alexandrum de hac re supra loquentem. Simplicius
In expositione Tex.69. autem noster in primo lib.Physic. ex Arist.testimoniis quę ibi affert, Platonisque & Pitagorεorum sententia, confirmat quantitatem præesse materiæ primæ, formis recipiendis: simi-
In expositione Tex.84. liter idem Simplicius quarto lib.Physic.apertissime asserit magnitudinem inesse materiæ primæ, cuius terminos vult esse magnum & paruum. Demum in primo cõm.de Cœlo (quan-
Cõm.suo 30. tum ex his quę Simplicius ibi dicit intelligitur) nominauit hoc ipsum materiam, nempe substantiam quandam potentia, ad omnia tamen mixta quantitate interminata: in categoriis si-

militer

A militer multoties illius meminit: Ioan.verò Grāmaticus multis in locis, in primo cõm.de Ortu & Interitu, trinam hanc dimensionem interminatam materiæ coęuam, & formas præcedentes perspicue admodum & lucidissime ponit, à qua quidem sententia, Themistius 4.Physic.non est alienus. similiter Ammonius cap.de quātitate in categoriis materiam vult antequam formas naturales recipit in trinam illam dimensionem sese attollere. Demum Arist.testimonia afferamus, quæ hinc inde ipse dixit, quæ mihi videntur hanc rem confirmare. Ipse enim 7.Metaph.asserit ablata longitudine, latitudine & profunditate remanere tantum materiam primam.quam rem sequente cap.confirmauit. ergo trina dimensio præcedit formam & materiæ semper socia & coęterna. Item 2.de Ortu & Interitu, easdem qualitates numero simbolas, asserit permanere ingenito & incorrupto: siquidem in habentibus simbolum, facilior est transitus. quando enim ignis corrumpitur in aerem, eadem vna numero caliditas quę fuerat in igne corrupto, est in aere genito: quare si huiuscemodi simbolę qualitates ratione qua interminatæ sunt ingenito & corrupto remanent: ergo & trina dimensio rõne qua interminata est, eadem numero manere debet ingenito & corrnpto. non.n.videtur maior ratio de vna quā de alia. similiter 6.Physi.docuit formam suapte natura fore indiuisibilem. ob subiectum aūt in quo recipitur, diuidi. habet hæc verba: tria nāq; sunt quæ esse dicuntur in mutatione, & quod mutatur, & in quo & secundum quod mutatur, vt homo, & tempus, & album. homo igitur & tempus diuisibilia sunt. de albo autem alia ratio est, verum secundum accidens quidem omnia diuisibilia sunt. cui enim accidit quale, aut album, illud diuisibile est. ergo ex dictis liquido constat formam partiri ob subiectum in quo recipitur, & 3.Cœli, & 8.Physic.eandem sententiam cõfirmauit. similiter 2.de Anima. quare si per tot Arist.testimonia constat formam diuidi ob subiectum in quo recipitur, ante eius aduentum, in materia præexistere necesse est: sed hæc, vt diximus, magnitudo est interminata, & eadem numero ingenito & corrupto remanet. terminum autem omnē recipit ab alio: oritur verò & interit secundum hunc terminum. verùm locus, ad quem ventum est, vt proposita difficultas interminatæ dimensionis exactius intelligi possit, nos monere videtur, vt hanc eandem determinata dimensione difficultatem aggrediamur, quomodo scilicet ab interminata magnitudine differat, & quid sit terminus istius interminatæ dimensionis: quare consueta philosophātium via primum de hac re aliorum adiiciemus opiniones, postremum quid nos sentimus in medium afferemus.

In cõm.suo 35 90.& 99.
Tex. 8.
Tex. 19.
Tex. 49.
Tex. 6.
Tex. 80.
Tex. 19.& 20

De terminata magnitudine varia Latinorum opinio atque euersio. Cap. XXVI.



NOn nulli igitur ex Latinis terminum dimensionis, & huius interminatæ magnitudinis formam esse contendunt. queadmodum enim materia suapte natura indeterminata est & imperfecta: terminum verò omnem & perfectionem mutuatur à forma, ita hæc dimensio interminata à forma ipsa terminum recipit: habet siquidem res ab ipsa interminata magnitudine occupare locum: tantum verò vel talem à terminata magnitudine quatuor vel D quinque cubitorum esse corpus in causa est ipsa forma, quæ sententia ita confirmari potest, Arist.3.Physic.inquit, formam terminare, perficere: materiam verò fore interminatam & imperfectam. similiter 7.Metaph. actus est qui separat & distinguit, ergo terminus huiuscemodi magnitudinis est forma: quare ex dictis etiam sequitur terminatam ab interminata magnitudine subiecto & re idem esse, distare verò ratione. Etenim ipsa secundum se magnitudo interminata est: vt verò huic vel illi formæ coniungitur terminata efficitur, sed horum opinio vana est. omnis enim terminus eiusdem generis est cum eo cuius est terminus. atqui forma substantiæ non est in eodem genere cum ipsa magnitudine: siquidem forma substantiæ est in genere substantiæ, dimensio in genere accidentis, ergo forma substantiæ non potest esse terminus dimēsionis interminatæ. prima propositio ex 7. & 2.Physic. satis manifesta est. Ad hæc, quod non est quantitas, non est ratio occupandi minorem aut maiorem locum. quantum enim est duntaxat quod facit latera distare, vt 4.Physic.patet. atqui forma substantiæ nullo pacto quantitas est, ergo vt talem vel tantum locum occupet, non erit causa. Ad hæc si magnitudo ignis corrupti foret in aere genito, tantum locum occuparet in aere genito,

Tex.69.
Tex.49.

Com. 76. nito, quantum detinebat in igne corrupto, vt Auer. 4. Physic. hoc de cubo demonstrat, ergo forma substantię non est causa & ratio vt dimensio terminum suscipiat. Alij verò asserunt interminatam magnitudinem fore dum ipsa suapte natura consideratur: determinatam verò vt raritati vel densitati adiungitur, & vt locum occupet, res naturalis habet à dimensione interminata, vt verò talem vel tantum locum, habet à raritate vel densitate: quare secundum hos raritas & densitas termini sunt magnitudinis interminatæ, sed horum opinio similiter falsa est, per ea siquidem quæ supra diximus: quoniam terminus in eodem genere est cum eo cuius est terminus: rarum verò & densum sunt in genere situs, sicut asperum & lene, quoniam partium positionem dicunt, vt Arist. in categoriis testatur: magnitudo verò est quantitas, ergo rarum & densum nequeunt esse magnitudinis termini. Ad hæc, quod caret termino, alterius terminus esse non potest, atqui rarum & densum indigent termino, vt in de Substantia orbis Auer. author est, ergo magnitudinis termini esse non possunt. Alij verò asserunt terminum dimensionis interminatæ fore ipsam superficiem, siquidem ipsa dimensio secundum se termino latet, vt verò huic vel illi superficiei coniungitur, terminata efficitur, sed hæc positio vana est: quoniam sub magnitudine quæ quæritur intelligitur etiam superficies, quę est longitudo & latitudo sine profunditate, ergo ipsa etiam requirit terminũ, cuius terminus erit etiam dimensionis terminus. præterea superficies indiget termino, ergo ipsa non potest esse terminus. Alij verò asserunt interminatam magnitudinem se habere vt vniuersale: terminatam verò se habere vt particulare, & quemadmodum particulare contrahit & terminat sibi ipsum vniuersale, ita terminata dimensio contrahit ipsam interminatam. sed horũ positio falsa est. vniuersale enim apud Peripateticos vt 1. de Anima constat, aut nihil, aut posterius est. habet enim esse duntaxat in mente, non autem in re. interminata verò magnitudo realis est: ergo non potest esse vniuersalis, vt illi asserebant. Postremum non desunt qui asserunt terminum magnitudinis interminatę esse in genere relationis, scilicet extensionem, non de genere substantiæ aut quantitatis: sed hæc sententia extra omnem est rationem. sunt enim ipsa prædicamenta impermixta, vt 1. Poster. & 12. Diuin. patet. ergo relatio non potest esse terminus quantitatis, cum terminus in eodem genere esse debet cum eo cuius est terminus. reliquum est vt, quid nos sentiamus aperiamus.

E F G (Tex. 8. in margin beside "sed horũ positio falsa est")

Opinio propria determinata magnitudine, atque solutio rationum Latinorum, quibus euertebant ipsi interminatam magnitudinem. Cap. XXVII.



NOSTRA autem opinio est, quod terminus magnitudinis interminatę, multifariam esse potest. vel enim est ratio & causa qua ipsa interminata magnitudo terminata redditur, & hoc dicitur forma substantiæ, quæ ratio omnis termini est, & hæc non est de genere dimensionis: quoniam omnes res naturales sunt determinatæ ad maximum & minimum vt in 1. de Ortu & Interitu, & in 2. de Anima docuimus, de quo quidem termino vel potius ratione termini, nunc sermo non est. alio verò modo capitur terminus, prout est res quę concomitatur terminum necessario, cuiusmodi est raritas & densitas, quæ nec sunt de essentia quantitatis: ad rationem de illo termino non fit hic nunc mẽtio. Alio modo terminus magnitudinis sumitur penes quem attenditur variatio magnitudinis. Et hic est de essentia magnitudinis, cuiusmodi est magnum & paruum, quæ formales sunt differentiæ magnitudinis, atque magnitudinem constituentes, quam rem Simplicius noster in 4. lib. Physic. notauit, cum hæc verba asserat: operæpretium est autem animaduertere eum, & magnitudinẽ velle esse aliquam formam, & magnum & paruum formales differentias magnitudinis. nam hæ quoque formas complentes rationes accedunt ad materiam. quemadmodum enim ab albo & nigro, & calido, & frigido, & quæ sunt huiusmodi, complentur animantia & plantæ: ita etiam à propria magnitudine, quamobrem definita est etiam in vnoquoque animali maxima & minima magnitudo. Quare vti materia vna numero est per priuationem terminorum & formarum interminata ab Arist. 4. de Animalium generatione dicitur, vt verò sub hac vel illa forma est, terminata efficitur: ita ipsa dimensio, scilicet longitudo, latitudo, & profunditas, vna numero est per priuationem omnium terminorum, hac ratione interminata dicitur,

H

In expositione Tex. 84.

A citur, quoniam de se non est magis apta nata suscipere hunc potius quam illum terminum, & sub paruo vel magno subsistere: cum verò certis definitisq; formis connectitur, terminata efficitur: ab ipsa quidem forma substantiæ, vt est ratio terminandi: ab ipso verò magno vel paruo vt est intrinsecus terminus: cum ergo forma illa deletur, debet deleri etiam terminus dimensionis sub qua stat illa forma, siue ille terminus sit magnus vel paruus. Demum & quemadmodum materia quæ sub formis est generabilibus & corruptibilibus ipsa non generatur nec corrumpitur vnquam materia, ita dimensio quatenus dimensio est nunquam oritur aut interit, bene corrumpuntur & generantur termini ipsius dimensionis, vt magnum & paruum. Rursus sicut eadem materia est ingenito & corrupto numero eadem manens, nec oriri aut corrumpi dicitur, nisi ratione formæ, quæ interit & corrumpitur in ipsa, ita eadem dimensio, numero existens interminata, ingenito, & corrupto est: corrumpitur verò & generatur ratione terminorum magni & parui. corpus enim humanum, dum est, trina dimensione est præditum, longitudine, latitudine, & profunditate: similiter idem met corpus, cum non est, hoc est cum est corruptum, eadem longitudine, latitudine, & profunditate, B præditum erit: si verò dum erat septem palmis constabat, postquam autem est corruptum, hoc tribuendum est magnitudinis terminis potius quam ipsi magnitudini. magnum enim illud corruptum est, paruum est genitum, & econuerso esse potest, vt cum ex aliquo paruo generatur magnum: quemadmodum ex vno pugillo terræ mille ignis. eadem enim dimensio numero, existens, in terra corrupta & in igne genito est, nec est corrupta, nisi paruum illud magnitudinis terrę, vnius pugilli, similiter nec genita est in igne, de nouo magnitudo, sed terminus illius magnitudinis, scilicet magnum mille pugillorum: ex dictis ergo manifestum est quid sit terminata & interminata dimensio: his verò opposita argumenta à Latinis allata difficile non erit soluere. Ad primum itaque eorum argumentum respondemus, atque asserimus, fundari in falso fundamento: non enim materia accipit esse à forma, sed duntaxat esse perfectum & terminatum, vti superiori quæstione monuimus. Ad secundum magnitudinem interminatam asserimus, esse ęternam, nec eductam ex gremio materiæ: apud Arist. reducitur verò ad ipsam materiam, quoniam affectio quędam est materia, atque C ipsam disponit pro formę receptione, nec propterea quartum eorum quę natura sunt, principium asserimus. Ad tertium nullam partium materię distinctionē causare interminatam dimensionem volumus, sed hoc prouenire à forma, tamen nunquam in plures portiones posset materia diuidi, nisi ob ipsam quantitatem interminatam: quemadmodum supra ostendimus. Ad quartum satisfacit Auer. in 2. cōm. de Anima, accidentia distinguens fore in duplici differentia. alia enim terminata dicuntur, quę insunt rebus habentibus formas quæ non suscipiuntur nisi in composito in actu, atque de his accidentibus terminatis quę oriuntur & occidunt, in categoriis Arist. loquitur: alia verò sunt accidentia interminata, quæ consequuntur materiam, cuius merito interminata dicūtur, atque hęc æterna sunt, quæ in subiecto in potentia, vt in ipsa materia insunt. Ad quintum id quod est per accidens, potest pręcedere id quod est per se, quando id quod est per accidens, est vera dispositio, & præparamentum eius quod est per se, alia ratione bene fatemur fieri non posse: quemadmodum testimonia Arist. confirmant. ipsa enim priuatio per accidens est principium. verum, quoniam disponit subiectum pro forma recipienda, formam recipiendam præcedit. Ita trina dimen- D sio, & si accidens est, pręcedit tamen id quod est per se, quia est dispositio subiecti, pro eo quod est per se recipiendo, hoc est forma. Ad testimonium Arist. concedimus, substantiam aliquam procedere dimensionem, & est ipsa materia in qua fundatur interminata dimensio. Ad sextum ex dimensione interminata & materia prima fieri vnum per se: sed non absolute, sed dispositiuum eius quod est per se absolutum. Ad septimum fatemur in quolibet ente, in actu, fore quantitatem terminatam. non autem in ente in potentia, nec est interminata quod nullo pacto terminum recipit, sed nuncupatur interminata, quia omnem terminum recipere suapte natura est. Ad octauum, punctus est terminus dimensionum, sed non constitutiuus, quemadmodum nos de termino loquimur constitutiuo, & qui est differentia formalis, cuiusmodi est magnum & paruum. non autem punctus, vt supra monuimus. Ad nonum, asserimus eandem fore magnitudinem numero, ingenito, & corrupto: variatur tamen & mutatur penes terminos, quare absurdum non est, vt idem respectu diuersorum terminorum sit maius & minus: tametsi interminata dimensio, à terminata, non differat, nisi quemadmodum materia non formata à se ipsa formata: & quemadmodum materia ante-

quam

quam formam recipiat aliquam, & postquam illam receperit specie à seipsa differt, dico hoc E
respectu formæ, cuius efficientia non formata prius erat, deinde formata & specificata: quare differentiæ ipsius corrumpi possunt & oriri, ipsa autem æterna perpetuo existente: generatur verò & corrumpitur (vt diximus) magnum & paruum, vt trium vel decem cubitorum exiguitas & magnitudo, ad quas quidem trina dimensio potentia est, & sic reliqua argumenta quæ nos supra fecimus, & alia ferè quæ à Latinis confuse admodum & indiscriminatim afferuntur, innumera solui possunt per ea quæ nos determinauimus, de veritate præsentis disputationis, atque determinata & interminata magnitudine, hæc satis in tantum excussa sint.

Num materia sit pars eius quod est quod quid, prima opinio. Cap. XXVIII.



SED prius præsentis difficultatis, aperienda est sententia, mox quid alij sentiant, in medium afferemus, postremum quid nos opinamur. Arist. itaque F
Tex. 11. 7. Diuin. quod quid substantia, & natura rei est, inquit, atque principiũ, quo res est id quod est, quemadmodum quod quid hominis, substantia est, & natura hominis; & principium hominis, quo homo est id, quod est. quod ergo quæritur, manifestum est, nempe an materiæ sit pars quiditatis, & naturæ, & substantiæ, alicuius speciei, & principium illius, quo species est id quod est. & vt eodem exemplo vtamur, ad huiusmodi rei manifestationem, natura hominis, est substantia & quiditas eius. quæritur ergo an materia sit pars naturæ, & quiditatis hominis, an tota quiditas, & natura hominis, sit ipsa forma? sub alio autem nomine, hæc met difficultas, solet circumferri, num scilicet quiditas sit simplex tantum, an sit composita. etenim si quiditas simplex sola est, forma erit tota quiditas, materia autem erit id quod defert quiditatem: si verò composita materia, & forma, erunt partes quiditatis. solet autẽ & alio modo explicari, num scilicet genus pars sit definitionis, an id quod defert, tantum definitionem? Verùm non idẽ est definitio, & quod quid: sicut id quod demonstratur, cũ G
ipsa demonstratione. Est enim definitio, ratio explicans quod quid, & instrumentum quo notificatur ipsum quod quid. Quare definitio, non est idem cum eo cuius est quod quid, sicut demonstratio est instrumentum concludens scientiam demonstratiuam ab ea differt. quod quid ergo, non idem erit cum ipsa definitione. His itaque visis, quid alij de hac re sen-
1. par. q 75. art. 4. de ente & essentia. c. 2 tiant, in medium afferamus, deinde quid nos opinamur. Auicennas igitur, inter Arabes, inter Latinos verò, Beatus Thomas, & alij fatentur: materiam eius quod est quod quid, fore partem quiditatemque ipsam compositam esse, & non simplicem, idest formam. Id enim quod est de ratione alicuius, pertinet ad quod quid eius, quoniam definitio, ratio est quod quid explicans, materia verò est de ratione speciei, quoniam quemadmodum hic homo ad sui rationem indiget hac carne, his verò ossibus, ita homo, in vniuersum carnes, & ossa in vniuersum, ad sui rationem expostulat: Quare materia, pars erit eius quod est quod quid. Ad hæc, quicquid est de ratione, & essentia, omnium indiuiduorum quę sub ipsius speciei ambitu, continentur, erit de quiditate, & essentia illius speciei, alioquin quiditas specifica, totam essentiam indiuiduorum non prædicaret. atqui materia, est de H
ratione omnium indiuiduorum, & de horum quiditate, ergo materia, erit quiditas, & ratio speciei. non tantum forma. pręterea pars naturę, est pars quiditatis, sunt ete-
Tex. 21. nim natura, & quiditas idem, atqui materia, est pars naturæ, 2. Physic. ergo pars quiditatis. Amplius, quod quid, est principium quo res esse, & subsistere potest, quocunque alio circunscripto: ergo si forma duntaxat, esset quiditas ignis, materia autem nequaquam, ignis posset esse, & subsistere sine materia. quare materia, foret in his quæ natura constant, superflua. Ad hæc, quicquid est suo in genere absolutum & perfectum, cuicunque connectitur, facit vnum per accidens, & non vnum per se. atqui si sola forma esset quiditas, non autem materia & sua natura perfecta, materiæ mox vnita faciet & complet, cum ipsa vnum per accidens, non autem per se, vt 7. Meta. testatur Arist. ergo materia, erit pars eius quod est quod quid. præterea si materia nequaquam foret essentiæ, & quidditatis pars, rerum na-
Tex. 17. turalium essent definitiones per additamentum, quemadmodum Arist. 7. Metaph. de accidentibus

A dentibus demonstrauit, quorum duntaxat voluit esse definitionem per additionem, substantiarum verò nequaquam, id quod consequitur, vno prius sumpto, ita probatur, est enim per additionem eorum definitio, quæ traditur Aristo. authore loco citato per ea, quæ non sunt in eodem genere, ut definitio albedinis per substantiam: Quare si res naturales diffiniuntur per materiam quæ est extra quiditatem earum, profectò earum definitio, per additionem foret. Item tradit Auer. 1. de anima, principia definitionis, sumi ex principijs, quæ in re sunt, genus enim sumitur à materia, differentia verò à forma, quemadmodum notauit Porphyrius in isagogis. tunc ita argumentatur, diffinitio significans quod quid, constat ex genere, quod refert materiam, & differentia, quæ refert formam, ergo quiditas, quæ definitione explicatur. Ad hæc, quod non includit quiditatem, nec est pars quiditatis, nec per se, aut per accidens nihil est, materia verò, apud hos est huiusmodi, quare ipsa nihil foret. sunt deinde Arist. testimonia, quæ hanc sententiam stabilire videntur, 7. Diuinorum, dum Iunioris Socratis de animali parabolam arguit: qui hominem, sine carnibus, & ossibus existere opinabatur. inquit, non rectè hoc dictum esse, nam homo neq; esse, neque definiri sine materia potest; & 8. Diuin. refellit opinionem eorum, qui per materiam definitiones rerum naturalium, afferebant, solum: & eorum qui per formam solum. laudat verò Architam, qui in definitione rei naturalis, materiam & formam, complexus est: quam sententiam in 1. de Anima & 2. Physi. in memoriam reuocauit. Eodem verò 7. Diui. paulo post, docet terminum, orationem, debere esse longam, vt in illa definitione appareat materia, & forma, 8. uerò Diuin. dans ratione quare ex materia & forma sit vnū, dixit quia hoc actus, illud verò potentia. in eodem verò contextu vtranque causam ad quod quid pertinere arbitratur, eodem verò 8. & 7. docet definitiones, non esse formarum simplicius, sed compositorum ex materia & forma, quare quod quid, quod definitione explicatur, ex materia & forma constabit. ex his ergo rationibus, & Arist. testimonijs, quæ potiora sunt, concludunt, quiditatem non esse solam formam, sed etiam formam, & si potiorem partem formæ, acceptum referant.

Com. 5. Tex. 39. B Tex. 6. Tex. 15. Tex. 9. Tex. 15.

C *Euersio superioris opinionis à Latinis & eorum secunda opinio.* Cap. XXIX.



IVNIORES verò nonnulli Latini Auer. decreta sectantes, (vt ipsi aiunt) iuxta eius mentem asserunt, duntaxat formam esse totam quiditatem, materiam verò, nequaquam, sed id quod defert quiditatem, materiam esse aiunt: Quare apud hos quiditas simplex est, nempe sola forma, & non composita natura, ex materia & forma, vti priores dicebant. horum verò varia sunt fundamenta. primum, quidditas est principium quo res est, atqui forma est principium quo res est, & non materia, ergo forma, est quiditas, non autem materia, 2. propositio, ex Arist. patet 7. Diuin. forma, inquit, est principium quo res est, materia verò est principium potius quo res non est. Themistius verò 2. Physic. asserebat, res naturales à forma haberi vt sint, a materia verò vt fiant. Ad hęc, quidditas est principium quo D res cognosci valet, 7. Metaph. atqui materia sua natura, est ignota, & ratio occultationis 1. Physi. forma verò est ratio intelligendi, & cognoscendi, 9. Metaph. ergo sola forma erit quidditas, non autem materia. præterea id quo res naturalis est sensibilis, & non intelligibilis, non est quidditas, quoniam quiditas, principium est, quo res intelligitur, ut 3. de anima, & 9. Diuin. liquet. atqui res naturalis, sentitur per materiam, & intelligitur per formā, vt 12. Diuin. testatur Auer. ergo sola forma, erit quidditas, non autem materia. Amplius, quod quid est vniuersale, quoniam explicatur à definitione, quæ est vniuersalium, vt 1. Poste. & 7. Metaph. patet, forma verò est vniuersale, materia verò particulare, 1. Cœli, ergo forma, est quidditas, non autem materia. Ad hæc, quidditas perennis est, quoniam eius est scientia, quæ æternorum est, materia verò oritur & intererit, saltim ratione priuationis, 1. Physi. ergo materia, non erit quidditas. Item id, quo quod quid in caussa est, vt distinguatur ab eo cuius est quod quid est, non pertinet ad ipsum quod quid est, materia verò in causa est, vt in rebus corruptibilibus differat quod quid, ab eo cuius est quod quid vt 7. Metaph. & 8. & 3. de anima patet. præter hæc, partes quiditatis, priores sunt illo cuius sunt, & non posteriores,

Tex. 21. Tex. 69. Tex. 22. Com. 14. Com. 92. Tex. 16. Tex. 9.

riores, ſiquidem cauſæ ſunt, cauſa verò vt cauſa, eo cuius eſt cauſa, prior eſt. atqui quæcunque partes ſunt materiales, ſunt poſteriores eo cuius ſunt, vt partes materiæ; quæ verò ſecundum formam, priores ſunt, quemadmodum Ariſt. 7. Metaph. monuit. ergo partes quæ vt materia ſe habent ad quod quid ſubſtantiæ non conferunt. Amplius definitio, quæ vni competit per ſe primo, alteri ab illo competere non pōt, ſed quidditas, eſt definitio formæ primo, non autem materiæ, ergo quidditas forma duntaxat erit, non autem materia. ſecunda propoſitio ex Ariſt. 2. Phyſi. & 5. Metaph. patet. definiens enim formam, rationem, inquit, eſſe, & quod quid rei, materiam verò ex qua res efficitur, inquit, Rurſus quiditas natura eſt, materia verò non eſt natura, ſed forma, ergo quiditas eſt forma, non autem materia. ſecunda propoſitio definitione naturæ probatur, quę principium eſt, & cauſa mouendi, & quieſcendi, eius in quo eſt primo, & per ſe, & non ſecundum accidens, 2. Phyſic. modo materia non eſt in aliquo, eſt enim omnium ſubiectum, ergo materia non erit quiditas, ſed ſola forma. præterea, illud, quod non eſt pars definitionis, non eſt pars eius quod eſt quod quid, quoniam definitio eſt ſermo quod quid explicans, & ex principijs quæ ſunt in re ſumitur, E

Cōm. 5. vt Auer. teſtatur in 1. de anima, ſed materia non eſt pars definitionis, ergo nō pars eius quod F

Tex. 29. eſt quod quid. ſecunda propoſitio ex 2. Phyſic. patet, vbi Philoſophus habet hæc verba, alio autem modo forma & exemplar. hæc autem eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe, & huius genera, vt ipſius diapaſon duo ad vnum, & omnino numerus, & partes quæ in ratione. con-

Cōm. 43. firmatur ex Auer. 7. Metaph. aſſerens ſecundum canones & regulas Ariſt. definitionem conſtare ex duplici forma, altera vniuerſali, quæ eſt genus, altera particulari, quę eſt differentia. Ad hæc, res naturales non definiuntur ſecundum materiam, ergo quiditas non erit earum

Tex. 21. ipſa materia. antecedens eſt Ariſt. 2. Phyſic. vbi habet hęc verba. cum autem natura duplex ſit, & forma & materia, vt ſi de ſimitate quid ſit conſideremus, ſic contemplandum eſt: quare neque ſine materia neque ſecundum materiam, quæ huiuſmodi ſunt, quod autem conſe-

Tex. 5. quatur, manifeſtum eſt. Quiditas enim eſt res, per quam res definitur & ſcitur. Rurſus Ariſt. 5. Metaph. hæc verba habet. ex dictis igitur prima natura & proprie dicta eſt ſubſtantia, quę eſt principium motus habentium in ſe inquantum ipſa, materia nanque quia huius eſt ſuſceptiua, dicitur natura; Quare ex dictis liquido conſtat materiam fore naturam & quiditatē, G quoniam defert & ſuſcipit naturam, nempe formam, quæ eſt vera quiditas, at quoniam hāc opinionem, hi omnes vno conſenſu Auer. aſcribunt, varia ipſorum teſtimonia ad hanc rem

Cōm. 21. firmandam afferunt, 7. Diuin. ſoluens ſophiſma ſophiſtarū, ꝙ ea quiditas hominis, aut eſt eadem cum homine, aut diuerſa. ſi diuerſa, tunc homo non habebit quidditatem. ſi eadem, tunc quiditas hominis, eſt homo, & homo habet quiditatem, quare abijtio eſſet in infinitū: quoniam quiditatis eſſet quiditas: Hoc inquam ſophiſma ſoluens, inquit, ꝙ ſi homo capitur pro aggregato ex materia & forma, tunc homo non eſt ſuum quod quid eſt. ſi autem capitur homo pro forma hominis, tunc idem eſt homo, quod ſuum quod quid eſt: Quare apud Auer. ſola forma erit quidditas, materia verò id quod defert quidditatem: Quod luci-

Cōm. 34. dioribus verbis eodem 7. explicauit, cum aſſeruit, quod forma ſubſtantiæ, eſſentiam cuius eſt declarat: materia verò non eſt eſſentia rei, aut quidditas, ſed deferens formam in ſua definitione. Multoties verò in libris analiticorum apud ipſum Auer. legimus demonſtrationē, potentia definitionem ingredi formam, non autem efficientem, aut materiam, quoniam nō ſunt ſecundum ꝙ ipſum, neque conuertuntur. opinantur ergo huiuſmodi, materiam quiditatem non fore, ſed id quod quidditatem defert, vel autem quiditas, ſola forma eſt, eorum autem non nulli, non deſunt, qui aſſerunt, magnum eſſe diſcrimen inter quiditatem & eſſentiam, ſolam quidditatem formam eſſe rati ſunt, materiam verò non quidditatem, ſed eſſentiam, atque per hanc diſtributionem priorum argumenta, diluere credunt, quoniam lites & altercationes apud illos petantur, nos verò quid peripatetici ſentiunt, & num horum ſententia peripateticæ veritati ſit conſona, proſequemur. H



Confutatio

A

Confutatio secundæ opinionis Latinorum. Cap. XXX.



ED HI Neoterici cum alios reprehendant, non carent reprehensione. non enim recte fatentur materiam eius quod est quod quid partem non fore: quod ita demonstramus: quemadmodum se habet res vt sit, ita se habet ad quod quid, atqui materia principium est per se compositi naturalis, ergo erit pars quod quid rei naturalis. prima propositio est philosophi 7.Diuin. qui hęc verba habet. vt enim & ipsum ens omnibus competit, non tamen similiter, sed alicui primo. cęteris autem secundo loco. sic & ipsum quid est simpliciter quidem substantiæ. cæteris autem aliqua ex parte. secunda propositio 1.Physic.patet, vbi asserit materiam & formam principia esse per se & intrinseca: priuationem verò ex accidenti. & si forma nobilius est principium à quo prouenit esse rei naturalis, non tamen negandum est, materiam esse conferre rei naturalis, & si forma per prius: materia verò per posterius, quod totum confirmauit Auer.1.de Anima. His verbis qui accipit materiam in definitione, & dimittit formam, diminute accipit. qui autem accipit formam & dimittit materiam, existimatur quod dimittit aliquod non necessarium, sed non est ita. Adhæc quod est principium intelligendæ & cognoscendæ substantiæ compositæ est quod quid eius: quoniam quidditas principium est quo res aliqua intelligitur, vt 7.Metaph.Arist.declarauit. atqui materia principium & causa est, quo substantia ipsa composita cognoscitur & intelligitur, ergo materia erit pars quiditatis. secunda propositio in additu 1.Physi.manifesta est. cum vnamquamque rem naturalem scire arbitramur quando principia causas & elementa eius cognoscimus, quę principia, & elementa, tradens materiam & formam esse ait: confirmatur ex eodem Arist. 2.Physic. cum aggreditur tractare causas, quę, & quot numero sunt, suæ intentionis causam afferens, tunc scire, inquit, vnumquodque arbitramur, cum omnes causas cognoscimus: quare materia causa & principium erit cognoscendi substantiam compositam, ergo pertinet ad eius quod quid erat esse. prætereaquidditas est principium quo res est, materia verò est principium quo res est, ergo materia est quidditas. secunda propositio 7.Diuin.ab Arist.his verbis plana euadit, verum hæc omittuntur, sed hoc est considerandum, ex quibus substantia constat, tanquam ex partibus: si igitur quodam est materia, quodam est forma, quodam quod ex his constat materia & forma, & id quod ex vtrisque constat, substantia est, fit vt & materia quidem partim cuiusdam dicatur, partim non dicatur: sed ea ex quibus ratio formę constat: veluti caro pars quidem concauitatis non est. hęc enim est materia in qua fit. simitatis autem quædam est pars ęs etiam totius quidem statuæ pars est. eius autem formæ quæ dicitur vt statua non est dicenda: ex quibus verbis, multa nobis bona colligimus. primum quidem quod materia est pars substantiæ compositæ, & principium quo res composita est, quemadmodum ipsa forma: secundum verò quod colligimus, est, quod materia respectu formæ non dicitur pars, sed tantum id quod defert substantiæ formam, quod Auer.in commento notauit. quod hi non intelligentes simpliciter protulerunt materiam esse vehiculum quidditatis (vt eius verbis vtar) quod duntaxat respectu formæ audiēdum est: respectu verò substantiæ compositæ est quidditas, quod his verbis cum Arist.dicebat significauit. æs etiam totius quidem statuæ pars est, hoc est respectu substantiæ compositæ materia principium, pars, & quod quid dicitur. eius autem formę, quæ dicitur vt statua non est dicenda, hoc est materia vt respicit formam non est pars nec principium, nec quidditas formæ, sed id quod formæ substernitur, ipsamque defert. Adhæc in qualibet re sua natura & quidditatiue spectata, in qua proprietas aliqua reperitur, quæ competit illi rei sua natura & quidditatiue, in illa re oportet inuenire causam illius proprietatis atque passionis intrinsece. sed substantia naturalis quiditatiue sumpta & sua natura spectata habet hanc passionem & proprietatem, nempe vt intereat, loquendo de substantia sublunari: ergo huius proprietatis & passionis intrinsecæ, nempe interitus causam & principium inuenire debemus. hocautem non est nisi materia, ergo materia erit pars quidditatis. Auxilium verò quod sibi ipsis præstant, materiam scilicet esse partem quidditatis, quia defert quidditatem, nullum est. si hoc enim verū foret, tunc illud eueniret absurdum, vt eadem esset ratio formæ & cōpositi, quod ab Arist. 7.Diuin.alienum est: cum asserat quod pars, cum in alio sit, vere non definitur, vt exemplo animæ monstrat, quoniam vacat materia, & in eius ratione ponitur non vt pars formæ, modo si

Tex.14.
Tex.65.
Côm.16.
B
Tex.27.
C
Tex.34.
D
Tex.40.

do si in ratione compositi poneretur materia, vt vehiculum, & non vt pars, quemadmodum E
ponitur in definitione formæ, tunc eodem modo esset definitio formæ & compositi. siquidem in vtrisque apud hos materia ponitur, non vt pertinēs ad quod quid, sed vt vehiculum.
Tex. 69. Demum Arist. in 2. Physic. ipsum quod quid materiæ & formæ tribuit & materiam, propter quid & quod quid nuncupauit, & nunquam vehiculum quidditatis appellat notitiam. & paulo infra subdit Physicum ipsum propter quid ad materiam, formam, finem, & efficien-
Tex. 12. 21. tem reducere. 2. similiter Physic. & 1. de Partibus materiam nuncupat naturam, quamuis illa forma sit longe natura perfectior. postremo Auer. in paraphrasi Metaph. lib. 2. habet hæc verba. sed quia quidditates rerum sensibilium, nil aliud sunt, quam sua forma & sua materia. similiter 8. quæsito de definitione positione differente, inquit, materia & forma, finis &
Com. 20. efficiens causæ sunt ex quibus constituuntur quidditates rerum, & 7. Metaph. asserit Sortes est animal rationale. Sortes enim nil aliud est quā animalitas & rationalitas, quæ sunt quidditates eius: modo apud eundem Auer. vt patet 2. lib. paraphrastica Metaph. genus quod est animal, refert materiam, ergo materia erit quidditas. Adhæc à qua causa res habet vt sit, ab eadem causa habet ipsum quod quid, vt supra monuimus, sed res naturales habent esse à F
materia & non solum à forma, ergo quidditas rerum naturalium erit nedum forma, sed etiam materia: præterea definitio ex his quæ sunt in re principiis sumitur. vt 1. de Anima monuit Auer. quæ autem in re sunt materia & forma sunt, ergo definitio constabit ex materia & forma, hoc est ex genere, referente materiam ex differentia referente formam: quare materia quidditas erit. sed ne vllus posthac relinquatur dubitandi locus inquirendum est, num genus materiam vel formam potius referat, quod libenter facere aggredimur, si quæ alij dicunt prius afferamus: mox autem quid nos sentimus: quoniam ab hac difficultate veritas præsentis problematis pendere videtur.

Num genus referat materiam vel formam varia opinio. *Cap.* XXXI.



ON nulli opinantur genus, quod in ratione suscipitur alicuius rei materiam referre. siquidem partes definitionis ex his quæ sunt in se principiis, vt G
testatur Auer. 1. de Anima sumuntur. modo partes rei naturalis duæ sunt
Com. 8. materia & forma, ergo & in ratione versa vice duæ aliæ partes esse debent quę illas referant, genus scilicet & differentia. quare aut differentia, aut genus, vt materiam referat necesse est, non differentia vt cunctis compertum
Com. 49. est, ergo genus, quare genus materiam referet. ad hęc Auer. 2. Cœli. arguens Auicennam asserentem corpora diuina genere conuenire & specie differre, inquit, tunc illud eueniret quod corpora diuina ex materia & forma forent composita, quoniam quæ genere conueniūt materia conueniunt, ergo genus materiam refert. Præterea in isagogis Porphyrius asserit vti statua composita est ex ære veluti ex materia, & ex imagine veluti ex forma. Ita homo compositus est ex genere velut ex materia & differentia velut forma, ergo genus materiam refert.
Tex. 25. Amplius 10. Diuinorum, inquit Philosophus, quę genere conueniunt in materia etiam con-
Tex. 23. ueniunt. Similiter eandem sententiam repetit 7. Diuin. quod totum ratione confirmatur, H
Tex. 17. à genere nulla habetur differentia 10. Diuin. loco citato à materia. similiter 1. Metaph. quare materiam refert genus. adhæc genus potentia est ad species: contraitur verò per differentias eodem pacto, & materia ad formam se habet: nonnulli verò oppositam sententiam asse-
Com. 43. runt peti Auer. & Alexandri patrociniis. 7. enim Meth. inquit Auer. definitionē apud Arist.
Com. 14. constare ex duplici forma ex genere quæ est forma vniuersalis. Item 12. Diuinorum affert discrimen inter materiam & genus, atque asserit puram potentiam referre materiam: genus verò inter actum simpliciter & potentiam simpliciter mediam naturam quandam referre: quod totum ratione confirmāt, quoniam genus quidditatem dicit cum sit par definitionis, & in eo quod quid prædicetur: materia verò vt apud Auer. pro cōposito habent quod quid
Cap. vlt. pars non est. Alexander demum 2. Naturalium quæstionum multas rationes componit, quę
Com. 17. demonstratiue concludunt, vt testatur Auer. 1. Metaph. genus materiam non fore genus siquidem in suis est speciebus, quia de illis in eo quod quid prædicatur. hac ratione cōmune & vniuersale dicitur. materia verò non sic communis dicitur, quare genus materiam non refert.

A refert. adhæc genus ęternum eſt ſecundum ſpeciem, & per continuam eorum, quæ fiunt ſucceſſionem: materia verò vna numero exiſtens ęterna & immortalis eſt. multas demum rationes loco citato Alex.componit, ad quas legendas lectorem relegamus. tertia autem eſt ſententia apertiſſime Alexandri loco paulo ſupra citato, à quo accepit Auer.cui nos ſubſcribimus, genus ſcilicet abſolute materiam non referre, nec formam vniuerſalem ſed vtrũque, formam ſcilicet in materia. loco enim citato aliarum rationum quibus differre facit genus à materia hanc componit. genus, quod in naturali eſt ſubſtantia ex materia & forma id quod coaleſcit refert. quemadmodum animal quod eſt hominis genus, non formam duntaxat vel materiam refert, ſed aggregatum ex materia & forma. ipſa autem eorum quæ natura conſtant, ſubiecta materia, nequaquam aliquod eſt quod ex materia & forma conflatur. quare materiam, aut formam duntaxat referre genus non poteſt, ſed vtrunque ſimul. Item Auer. 12.Metaph. & 2.libro epitomatum Metaph.inquit, quod ea natura ac materia quam genus refert, media quodammodo eſt inter potentiam & actum. quatenus enim formam habet ad alias formas recipiendas potentia non eſt, quatenus verò ad vlteriorem perfectionem potentia eſt, dicitur materia: quare naturam quandam refert mediam inter actum & potentiam. atque hoc illud eſt quod Ariſt.diceret, genera referre materias: quoniam vt reſpiciunt vlteriorem perfectionem rationem materiæ ſubeunt: vt verò formam habent reſpectu ſui formæ vniuerſales ab Auer.nuncupantur, quam rem Themiſtius 3.de Anima ſatis lucide aperuit. cum dixit animam ſenſitiuam à qua petitur genus mediam quandam naturam referre materiam, formamq; fore. etenim vt vegetatiuam reſpicit forma & ἐντελέχεια dicitur. vt autem rationalem reſpicit animam materia & potentia nuncupatur, quod ratione confirmari poteſt, ſi ea definirentur quæ materiam duntaxat vel formam habent, generis ſupremi foret definitio, ſiquidem apud Auer.in iſagogis Porphirij. & 12.Metaph.ſupremum genus in genere ſubſtantiæ eſt corpus ſenſibile ſenſu tactus, quare id quod in ratione ſuſcipitur nec eſt vera materia, nec eſt vera forma ſed aliqua ſunt quæ referunt materiam aut formam, vti genus & differentia genus verò materiam refert, ſed non ſolam. ſed habentem formam vniuerſalẽ. hinc quæ hac natura media carent, genere quoq; vacant, & definitione etiam vacabunt, ſiquidem definitio ex genere & differentia conflatur. quemadmodũm ſunt mentes abiunctæ, corpora in girum lata, & ſecundum aliquos quatuor elementa. ex his facile erit rationes & Ariſt. & Auer.ſententias, quæ contraria concludere videbantur conciliare. fatemur quidem genus materiam referre, vt priores cenſebant ſimiliter & formam genus referre, quemadmodum poſteriores probare conabantur: ſed non hanc vel illam ſolum ſed compoſitam naturam, ex materia & forma. quemadmodum Alexander, Themiſtius, atq; Auerroes monebant.

Côm.14. (beside "12.Metaph.") — B (beside "tia eſt") — Côm.25. (beside "ſinitio") — C (beside "dem definitio")

Opinio propria. *Cap.* XXXII.



EX retro dictis admodum fateri poteſt, quid nos in preſentis ſolutione difficultatis opinamur, nempe materiam eſſe partem eius quod eſt quod quid, nequaquam vt formam & quiditatem deferentem, ſed ſuapte natura partem eſſe eius quod eſt quod quid, & cuiuſcũq; quiditatem rei compoſitam fore, ex materia & forma, & non ſimplicem, ideſt ſolam formam, illi cuius

D meminit multoties Ariſt.& cum eo Alex.& Simplicius fundamento innixi vti res ſe habet ad id quod eſt, ita ad quiditatem, porrò materia eius quod eſt, pars eſt, per ſe, & non per accidens, vt 1.Phyſic.liquet. ergo materia quiditas erit per ſe, ſed vt hæc noſtra ſententia magis aperiatur: nonnulla ſunt ſuſcipienda, ex quibus id quod dicimus apud peripateticos clarum erit. primum autem eſt, id quod eſt, quod quid ſubſtantiæ, & accidentibus competere: non eadem tamen ratione, ſed cum ſubſtantia ſit per ſe ens, accidentia verò entia, quia taliter entis vt 7.Metaph.teſtatur Ariſt.& quemadmodum res ſe habet vt ſit, Tex.2.
ita ad quod quid eſt, vt eodem 7.inquit Philoſophus. neceſſario conſequitur ſubſtãtiam ſim- Tex.14.
pliciter & per ſe, quidditatem habere: accidentia verò ſecundum quid & ſecundario. aliud verò ſuſcipiendum eſt: ſubſtantiam ipſam ſimpliciter non dici, ſed de tribus prædicari: vt apud Ariſtotelem 2.de Anima & 7.Diuinorum multis aliis in locis ſcriptum legimus, ſcilicet de materia, forma, & de tertio quod ex his conflatur compoſito. ſubſtantia verò compoſita, magis ens magiſq; ſubſtantia eſt, quàm materia & forma. quare vera quiditas ſubſtantiæ, erit compoſita ex materia & forma. hæc autem partes ſubſtantiæ compoſitæ materia & forma ſub-

ma. substantiæ sunt quoniam partes substantiæ sunt : etenim non per se subsistunt, quemadmodum substantia composita, quæ proprie, principaliter, & maxime, substantia ab Arist. in categoriis nuncupatur. quare rem hanc exactissime diligentissimus Simplicius 1. Physic. cum ita dubitasset palàm fecit, quod ita se habet, fieri non posse videtur quod materia & forma sint substantia : quoniam principia longe differunt, ab eo cuius sunt principia. atqui materia & forma sunt principia substantiæ compositæ : ergo materia & forma non sunt substantiæ. adhæc principium prius est eo cuius est principium, atqui materia & forma sunt principia substantiæ, ergo sunt priora substantia, ergo materia & forma non sunt substantiæ : quoniam si essent substantiæ, substantia foret antequam fieret. has difficultates soluens, inquit, quod materia & forma non sunt verè substantiæ. vera enim substantia est illa quæ per se subsistit : quemadmodum in cathegoriis monet Arist. hac ratione. prima potissimaq; substantia ab eodem ibidem dicitur. cum materia autem & forma subsistere sua natura, non possint, vt 2. & 4. Physic. monstrauit Arist. sed potius partes substantiales, quod & ab Arist. etiam ante Simplicium dictum est vt ipse ibidē & in 2. Physi. monet 7. Diuin. forma, inquit, est magis substantia quam materia eadem ratione & ex vtrisque compositum. sed isthęc scriptura non ita apud omnes codices iacet. Auerroes enim & qui ipsum perdite insequuntur, ita legunt. forma est magis substantia quam materia, & eadem ratione composito ex vtrisq;. quare cum ex hac scriptura habent formam esse magis substantiam quam materiam & compositum concludunt formam totam fore quiditatem, etenim vt res se habet vt sit ita ad quod quid cum quo forma sit magis substantia apud hos quam compositum, tota quiditas erit forma. est enim forma per quam materia & compositum est substantia, & in actu. & qua ratione est magis substantia quam materia, eadem ratione est magis substantia quam compositum. materia enim habet esse in actu per formam : similiter & compositum. sed hæc sententia falsa est : primo enim particula græca iacet eo pacto, quo nos diximus : nempe formam esse magis substantiam quam materia, & eadem ratione ipsum, quod ex vtrisque compositū est. demum Simplicius, & Alexander 1. lib. Physic. referunt, hanc Arist. dictionem, quo pacto nos ipsi retulimus : Auerroi verò reliquisq; barbaris ipsum consequentibus, qui potius Arist. literam & sensa fœdarunt, quam aliquam lucem attulerunt, vt nos multoties in exponendis Arist. libris aduertimus, nulla fides est adhibenda. Præterea in 7. lib. Diuinorum, loquitur Arist. de Substantia composita, quæ vere est substantia : quoniam per se subsistit & est. Materia autem & forma per se nequaquam subsistit. sed vt sunt partes substantię subsistunt. quemadmodum & 2. Physic. monet Simplicius, nec illorum sententia nunquam mihi arrisit. materiam fore magis substantiam à substando, formam verò ab existendo : est enim forma vsia vel existentia : compositum verò magis substantia ex eo quod magis est. istorum enim distributio nullum in natura habet esse, sed tantum in voce qua hi duntaxat scatent. nos enim dicimus esse, subsistere, existere, proprietates fere compositi quæ ipsi per se primo competunt, partibus verò vt materię & formæ, secundario & per accidens, etenim quæ subsistunt in actu sunt. est enim subsistere subiecti ad accidentia, quæ in actu subiectum postulant. materia verò in potentia est substantia, quare subsistere nequit. est autem potius ratio qua compositum subsistit & patitur, sicuti anima est ratio intelligendi. ipsa autem non intelligit, & homo illa intelligit vt 1. de Anima testatur Arist. actiones verò omnes & operationes sunt compositorum vt 1. & 7. Metaph. manifestum est. quare subsistere operatio erit, quæ denominat compositum. ratio verò subsistendi materia est. hinc philosophus in 7. Diuinorum, & in cathegoriis, substantiam compositam asserit proprie esse substantiam, & vere subsistere. similiter & existere, proprie competit composito, cum sit operatio quæ propria dūtaxat composito est, vt locis nuper citatis patet. tametsi ratio existentiæ ipsa sit forma : quare compositum vere subsistit & existit, ergo vere ens & vera substantia magisq; ens magisq; vtrisque substantia : etsi huius ratio sit materia, illius autem forma. quarę vt redeat vnde digressa est oratio cum compositum ex materia & forma sit magis substantia, magisq; ens, quam materia & forma, & vti res se habet vt sit ita ad quod quid necessario consequi oportet veram quiditatem esse ipsius compositi & compositam. non autem alicuius partium aut simplicem. hinc compositorum sunt vere definitiones. non autem simplicium & partium, quia illorum sunt vere quiditates, quarum definitiones sunt orationes explicatiue, vt Arist. 7. Diuin. exemplo animæ docuit, & non semel Auer. 1. & 2. Poster. aduertit. quocirca vera quiditas erit composita : non autem materia aut forma solum, nec nos dehortari aut contur-

Marginal notes: *In expositione Tex. 52.* — *Tex. 12.* — *Tex. 8.* — *Tex. 7.* — *Super tex. 71.* — *In expositione Tex. 4.* — *Tex. 66.* — *Tex. 40.* — E — F — G — H

A conturbare debent Arist.loca, quæ de hac dissentire multum videntur. in libro enim de Somno & Vigilia, quiditatem & quod quid somni non tantum dependere à materia & forma, sed à fine & ab efficiente. 2.verò Physic. & 5.Diuin. quod quid formę dũtaxat tribuit, cum inquit, ratio est forma à qua quod quid prouenit. Demum res mathematicæ habent suum quod quid & formam dũtaxat contemplantur vt 1.Physic. testatur Auer. ergo forma erit sola quiditas. similiter in mentibus abiunctis est quiditas, & longe hac nostra præstantior in quibus nulla prorsus est materia, quare sola forma erit quiditas. ad hæc, de fine & efficiente ambigere licet. vt enim se habet res dependens ab aliquibus causis vt sit, ita ab eisdem quiditatem habent. multa autem sunt quæ esse à fine & ab efficiente habent: ergo finis & efficiens, partes eius quod est quod quid, sunt. sed hoc impossibile videtur. est enim quiditas intantum rei principium. finis autem & efficiens, extra rem sunt: ergo eius quod est quod quid, partes esse nequeunt. hinc Auer.1.Poster. & 2. finem & efficientem ingredi demonstrationem & definitionem negabat, quoniam huiusmodi causę cum ipsa re non conuertuntur: quod maxime in demonstrationibus & definitionibus requiritur, quæ ex immediatis Com. 1.

B primis non omnibus, sed propriis & his quæ conuertuntur constant. sed vt hæc omnia soluantur, & ne ambiguitatis locus post hac de hac re in animo lectoris maneat, accipiendum est quod ipsa definitio bifariam sumi potest, vel vt definitio est: hoc est, quod ea attributa quæ ipsi competunt vt definitio est: & hac ratione solam formam explicat, quoniam si definitio vt definitio est, materiam complecteretur: tum illud eueniret incommodum, vt res mathematicæ & metaphysicæ materiam clauderent, quoniam illarum sunt definitiones, ergo definitio vt definitio est, solam formam explicabit. alio modo consideratur definitio, vt huic vel illi rei comparatur: & tunc tot causas explicabit, quot res illa quę definitur habet. vt enim se habet res vt sit: ita ad quod quid & definitur. si ergo res illa quę definitur, habebit formam dũtaxat, quemadmodum sunt res metaphysicę & mathem. definitio erit per formam solum & quiditas sola forma erit: si verò res quæ definitur tres, duas, vel quatuor habebit causas, definitio constabit ex duabus vel tribus vel quatuor causis. & similiter quiditas erit, vel duę, vel tres, vel quatuor causæ. hinc Auer. ad hæc respiciens 1.Physic.dixit: Com. 1.

C non omnes artes considerāt de omnibus causis, sed quædam de tribus causis motore, forma & fine, quę in illis coincidunt: quædam ex quatuor vt scientia naturalis ex ipsis, ergo priora loca quæ dissentire videbantur, conciliare, possumus. fatemur enim formam solam esse quiditatem & definitionem solam famam explicare, si considerabimus quiditatẽ vt quiditas est, & definitionem vt definitio est. vbi enim asserit, quiditatem constare ex omnibus quatuor causis, vel duabus, vel tribus: hoc etiam fatemur si considerabimus quiditatem & definitionem vt huic vel illi rei applicantur. si enim res illa tres habebit causas, ex tribus causis quiditas & definitio sua erit: si verò duas vel quatuor, quiditas eius erit ex duabus, vel quatuor causis. à quibus enim res habet esse, ab eisdem habet quiditatem & definitionem, vt supra monuimus. monendum verò est nullam fore definitionem sine forma, quod etiam competit generi, non repugnat speciei: si ergo definitioni vt definitio est, vel quiditati vt quiditas est (quod pro eodem intelligo nunc) competit perpetuo forma, ergo cuilibet definitioni & quiditati cuilibet rei applicatæ forma etiam vt competat necesse est, sed non sola, sed aliis causis associata. quod verò ad eam difficultatem attinet quæ de fine & efficiente est intelli-

D gere iuuat. huiusmodi causas externas, quiditatem etiam rei complere. philosophus enim 2.Poster. duplex, inquit, esse quod quid, alterum quod causa causam habet: alterum verò quod causa vacat. quæ verba ibidem explicans Auer.inquit. Definitionem causam habentem esse demonstrationis conclusionem, quæ cõstat ex materia & forma: definitionem verò causa vacantem, principium esse demonstrationis, quæ constat ex fine & efficiente: quemadmodum exemplis à tonitruo & ab eclipsi lunę ibi demonstrat. tonitruum enim duplicem habet definitionem, alteram ex materia & forma, quæ est conclusio in demonstratione potissima, vt tonitruum est sonus in nube factus: alteram verò quæ est principium demonstrationis, quæ constat ex fine & efficiente, vt tonitruum est extinctio exhalationis in nube. ex his autem tota conflata demonstratio, erit definitio, & è conuerso sola positione differens, hoc est situ, quatenus demonstratio procedit ex fine & efficiente, ad materiam & formam: definitio verò à forma & materia, ad finem & efficientem, vt tonitruum est sonus in nube factus, ob exhalationis extinctionem, & hoc est quod Auer.dixit in quæsito 8. cui titulus est de demonstratione positione & definitione differente, quiditates perfectas constare ex ma- Tex. 42.

teria,

teria, forma, fine & efficiente : quare quiditatis principia sunt quatuor genera causarum ne E
Com. 34. dum materia aut forma. Sed hæc solutio dubium parit. Auer. enim 1. Poster. efficientem causam ingredi potissimam demonstrationem negauit, qua ratione noluit quartum modū eius quod est per se illam ingredi. ad hæc. sunt extrinsecæ causæ. ergo eius quod est quod quid partes esse nequeunt. Sed ista ita dissoluimus, nec turbari oportet. Si Auer. loca in posterioribus analiticis, contradicentia legimus : etenim loco nuper citato apertissime, causam efficientem à demonstratione expellit. in 2. verò Posteriorum recitato loco, cum loquitur de principio demonstrationis, constare, inquit, ex efficiente & fine. hæc enim si recte intelligatur nō contradicunt. etenim potissima demostratio, aut concludit passiones permanentes, atque à principijs subiecti fluentes, & hac ratione medius terminus & principium demostrationis, erit forma : si verò efficiens & finis, hoc est quia coeunt & coincidunt cum ipsa forma. possunt insuper & præmissę dici materia, vel totius syllogismi, vel vt respiciunt conclusionem
Tex. 31. respectu maioris vel minoris extremi, vt 2. Physic. inquit Philosophus, quod nobis magis arridet. vel ipsa demōstratio concludit passiones, quæ non permanent, habentq; esse dū fiunt. quemadmodum eclipsis aut tonitruum quæ tunc sunt, dum fiunt : qua ratione principium F quod has demostrat demostrationis efficiens esse debet. & non coincidens cum ipsa forma. non enim iterpositio vmbræ terræ, forma est defectus lunæ : sed illius efficiens. & ratio prioris & posterioris dicti nostri est in, qm̄ forma est à qua quod quid esse prouenit : ab efficiente verò fieri quod maxime est necessarium in his quæ fiunt. sic ergo intelligit Auer. dum efficientem causam principium esse demostrationis asserat, in passionibus, inquam, quæ nō permanent. quo pacto 2. Poster. loquitur. formam verò principium esse demostrationis non efficientem in his quæ demōstrātur, & permanēt passiones intelligendum est quo modo causam efficientem à forma ipsa disiunctam potissime demōstrationis principium esse optime tenuit Auer. Sed horum omnium exactiorem tractationem petant à nostris commentarijs analiticorum Poster. aliter enim hic hęc dicta sunt. ad secundam verò difficultatem, innixi superiori cuius sępe meminimus, respondemus: vti res se habet ad ens, ita ad quòd quid: etenim quemadmodum efficiens & finis ad esse rei conferunt: ita partes eius quod est quod quid erūt. cū verò vti materia & forma esse rei non conferunt, ita partes eius quod est quod quid vti mate G ria & forma non erunt, sed ad esse rei remote conducunt. ergo remote & vniuersaliter & non proxime, quiditatis principia sunt. similiter vniuersalissimæ causæ in quolibet causarum genere quo pacto ad esse rei conducunt, ita eius quod est quod quid principia erunt. remotissime verò & longe vniuersaliter ad esse rei conferunt, ergo ita remotissime scilicet & longe vniuersaliter quiditates rei, & partes erunt. ex dictis verò quid nos hac in re opinamur, manifestum est.

Diluuntur ea quæ à Latinis obiiciebantur. *Cap.* XXXIII.



HIs itaq; contraria difficile nō erit soluere, materia enim pars est eius quod est quod quid, non sola atq; absolute eius quod est quod quid principium est, nec hæc materia particularis & indiuidua, vt huiusmodi carnes & huiusmodi ossa, sed materia specifica aut generica, cum forma specifica, aut generica associata. quo fundamento iacto, singula ipsorum argumenta, euertere & infirmare facillimum erit : ad primum autem asserimus : quod materia bifariam spectari potest : velut est sub hac forma specifica, vel generica, & hoc pacto est principium quo res est potius, quam non est : vel vt est sub forma indiuidui, & vt habet potentiam cum priuatione annexam, ad reliquas formas recipiendas : quo pacto est principium, quo res esse & non esse potest. & hac ratione eius quod est quod quid non est principium, non autem primo modo, vt nos dicimus. ad secundum asserimus, materiam sua natura, ignotam fore : cum forma verò fit nota, quæ postea valet esse principium cognoscendi eius, quod ex ea constat. hæc verò & indiuidua materia, accidentibus subiecta, principium intelligendi non est, sed potius sentiendi, quę ratione eius quod est quod quid nequit esse pars. ad tertium dicimus eodem pacto, quod materia signata est particularis, non autem materia specifica, & generica, & cum forma associata. similiter ad quartum : materia sensibilis hæc & illa interit, & oritur per accidens. materia verò specifica aut generica, nullo pacto oritur & interit, quæ est principium quiditatis. ad quintum dicimus philosophum, per mate-

riam

A riam intellexisse illam materiam, quæ est signata & sensibilis, quoniam in conceptis cum materia signata & sensibili, quod quid est separatur ab eo cuius est: etenim huiuscemodi materia quę extra rei naturam sunt, accidentia claudit. quo fit, vt in huiusmodi rebus aliud est quod quid est, & aliud quod ipsum habet. quod quid est autem rei natura est, vti materia & forma accidentibus remotis, illud verò per quod quid est habet, indiuiduum est, quod signatam & indiuiduam materiam claudit. quæ merito accidentium signatur & indiuidua fit, vt Porphirius monet. Socratis, inquit, proprietates per quas Socratis materia signatur atque indiuidua redditur in alio aliquo nunquam erunt: quare in his quæ cum materia cõcipiuntur quod quid differt ab eo cuius est quod quid. hoc est, cum materia quæ est pars quiditatis, & specifica, signata redditur per proprietates quæ ipsum Socratem conficiunt in causa est non per se, sed ratione accidentium, vt quod quid distinguatur ab eo quod est quod quid. quare materia hæc signata, & forma hæc particularis, eius quod est quod quid partes esse nequeũt. Iudicium tamen longe est diuersum de materia & forma, quæ specifice sunt. ad sextum opinamur partes materiales signate & sensibiles posteriores esse non autem specifice & vniuersa B les. ad septimum, tametsi quiditas acceptum referat ipsi formæ, cui soli tribuitur, ad quam quidem formam, si materia comparatur est non pars quiditatis, quoniam non pars formæ sed id quod defert & subuentat formam. quo pacto, vt dicemus 7. Metaph. intellexit Auer. tamen si ad compositum referatur, erit materia pars eius quod est quod quid. ad octauum asserimus materiam, fore naturam esseq; principium motus & quietis, eius compositi in quo est, vt 2. Physic. nos diximus. ad nonum forma & materia partes sunt diffinitionis, & si per prius formæ competat, posterius verò materiæ, à materia verò penitus hoc munus non est negandum, quomodo verò genus dicitur materia, aut forma, dictum est. ad decimum litera philosophi, vt placet Simplicio, sic exponitur: res naturales definiuntur, non sine materia, neq; solum secundum materiam, sed etiam secundum ipsam formam: quare & si materia sola eius quod est quod quid non est pars, cum forma tamen associata, (vt pluries diximus) est pars quiditatis. ad vndecimum materia vt respicit formam non est quiditatis pars. quoniam formæ non est pars. vt verò ad compositum referatur est eius est quod quid principium, & C pars ad Auer. authoritatem asserimus, hominem vt includit materiam signatam, & particularem non esse suam quiditatem, sed dũtaxat eius quod est quod quid forma est. pluries enim monuimns materiam signatam, & indiuiduam, principium eius quod quid non fore. ad aliam Auer. sententiam & ad consimiles huic sententias respondemus: quod materia ad duo conferri potest: vel ad formam & sic est vehiculum quiditatis, & id quod ipsam defert & nõ pars quiditatis, quoniam non est pars formæ. si verò ad compositum referatur, eius quod est quod quid pars est, atque hæc non est nostra sententia, sed Aristo. in 7. Diuinorum. cuius verba etiam supra retulimus. & hæc de hac difficultate dicta sufficiant. Tex. 34.

De appetitu materiæ primæ non nulla. Cap. XXXIIII.



RIA autem sunt eorum quæ natura constant, principia, forma quod diuinum quoddam & bonum, & appetẽdum ab Aristotele dicitur principiũ. huic verò aduersatur priuatio sua natura maledicum principium. tertium D verò quod huic, modo illi subiicitur materia, silua & omnium capax. ergo bonum hoc, & diuinum ab aliquo expeti, & desiderari necessum est. siquidem bonum est quod omnia appetunt. siquidem origo rerum omnium bonum est. quare aut forma bonum existens se ipsum desiderabit, vel contrarium priuatio aut tertium his subiectum materia. bonum autem se ipsum appetere non potest. appetitus enim causa est ipsa indigẽtia. nihil verò se ipso indigens est, ergo bonũ seipsum appetere nõ potest. nec contrarium priuatio, vnum enim contrarium à reliquo expellitur dirimiturq;. ergo priuatio hoc bonum appetere non potest. reliquum est vt materia sit, quæ hoc bonum diuinum, & optimum, sola appetere potest, & si turpis est, hoc merito priuationis est. & quemadmodum fœmina quæ imperfecta est, appetit marem, qui perfectus est. nec quidem turpe, nec fœminę per se expetunt: hoc quidem formitatem, hæc verò marem; sed ex accidenti. quatenus huic accidit turpitudo, & illi imperfectio fœminea; materia ergo erit quæ hoc diuinum summumq; bonum nempe formam sola appetere potest. ab illaq; perfici imperfecta per accidens merito priuationis. at quomodo hic appetitus materiæ insit, varia est philosophantium sen-

tentia, eorum non nulli, quemadmodum est Auicennas, penitus à materia prima hunc appetitum auferre conantur. bene tamen dant materiam esse in potentia ad formam recipiendã: quodcunque enim fit, fieri potest. nullum propterea sequi deinde appetitum in ipsa materia: quod ita persuadent. vel materia appetit formam eam, quam habet: vel eam, quam non habet. non eam, quam habet quoniam appetitus est ob carentiam; non eam, quam non habet, quoniam illa non est, ergo non potest appeti. est enim appetitus ad id quod est vt 3. de anima declarauit philosophus. ergo nullam formam appetit. ad hæc appetitus sequitur comprehensionem vt testatur Auer. 12. Metaph. quemadmodum vmbra sequitur corpus. atqui materia non cognoscit formam. quare illam appetere non potest. præterea si materia appetit formam, quæritur quo appetitu illam appetit, aut appetitu animali, & hoc fieri non potest; quoniam ipsa non cognoscit, aut appetitu naturali: nec istud fieri potest, quoniam omnis appetitus naturalis, aut inclinatio ad aliquid prouenit à forma, vel ab aliqua virtute inclinante, quemadmodum graue, appetit appetitu naturali ire deorsum, & hoc à sua forma media grauitate, similiter leue sursum. at materia nullam habet formam, in sua essentia: nec virtutem inclinantem, est enim omnium formarum priuata, ergo appetitu naturali appetere materia formã non potest. præterea percontantur quam ob causam hic appetitus materiæ datur, vel vt per ipsum appetat plures formas simul, quam fieri non potest, vel quoniam caret omni forma: & hoc non est verum, semper enim sub aliqua forma, ipsa reperitur: vel quoniam ea, quam habet formam in fastidium, & nauseam ipsi materiæ foret. quod nec fieri potest, quoniam cũ forma sit enthelechia, & perfectio materiæ non potest à materia, velut ab eo quod perfici natum, est in fastidium iri. ergo nulla est causa ob quam cogimur materiæ ponere hunc appetitum, quare frustratorius erit. amplius: vt materia se habet ad formam, ita forma ad materiã: atqui forma non appetit materiam: ergo nec materia formam appetere debet. ad hæc, inquit, Philosophus 3. de Anima, quod omne quod mouet appetitum, vel debet esse bonum vel appetens bonum. modo si materia appetit formam, non illam quam habet appetit, quoniam illius non est indigens nec carens, à qua indigẽtia appetitus est. ergo futurum & quam non habet formam appetet, quod nec fieri potest. futura enim forma non est in actu, ergo nec bonũ aliquod erit. siquidem bonum in his est quæ sunt in actu, vt 6. Metaph. testatur Aristoteles. quare futuram formam appetere non potest, quæ non est in actu. accedit huic & illud, quodcumque mouet in actu esse debet: forma futura in actu non est, ergo materiam ad ipsam appetendam mouere non potest. quare nullam formam materia appetere potest. his omnibus se se opponit Aristoteles qui 1. Physicorum, vt diximus, & 4. de Cœlo materiæ hunc appetitum apertissima demostratione firmat, etenim forma hæc materialis diuina, & bona est, cui opponitur priuatio. hinc cum loquitur philosophus de Deo, cum illi nil sit contrarium, quemadmodum opinatur Auerroes. est autem hæc forma diuina, quoniam diuinum illud dicitur, vt in 1. de partibus testatur Aristoteles, quod meliorem partem sortitum est. nobiliorem verò partem, & meliorem, inter entia mundi forma sortita est: quoniam ab illa esse illud tantopere ab omnibus desideratum, & exoptatum prouenit. quod enim vere est, actus est, vt 2. de Anima testatur Aristo. nec caro vel os dicitur, nisi habeat aut carnis aut ossis formam: vt idem in 2. de partibus, & 2. Physi. testatur Philosophus. hinc sequitur quod si forma diuina est, quia bonum est, quod omnia appetunt 1. Ethic. diuinum omnia appetunt: Diuinum ergo erit, versaq; vice, hæc omnia sequitur quod expectatur. quæcunque enim sunt, suapte natura bonum expetunt. quare si forma bonum quoddam & diuinum erit, vt ab aliquo appetatur oportet, à se ipsa autem forma appeti nequit: quoniam sui non est indigens. vt dictum est. nec à priuatione, est enim formæ contraria: & contraria mutuo se pereunt expelluntq;. reliquum est vt à materia bonum hoc & diuinum appetatur. quare materia tanquam id quod perfici natum est; formam tanquam id quod natum est perficere, suapte natura, vt appetat, necesse est. & hæc est ratio Aristotelis à paucis animaduersa, quæ magnam videtur firmitatem ad hoc probandum habere. aliqui verò, quemadmodum est Themistius, vt 1. Physi. apud ipsum legere est, appetitionem hanc materiæ lubentissime donarunt. sed quomodo illa appetitio in materia inest? subdit Themistius, profectò verissimum puto quod dicitur prouidẽtiam fuisse, quæ & turpi desiderium honestatis, & egenti opulentiæ, quantum sit, satis iniecerit. quibus verbis patet Themistium voluisse materiam hanc appetitionem habere appetitione intellectiua, quæ quidem in prima est intelligentia, velut in ordinante & cognoscente. in materia verò, velut in ea quæ regulatur & instrumentum est diuinæ prouidentiæ: opus siquidem

A quidem naturæ est opus intelligentiæ non errantis, vt idemmet Themistius asserit referente Auer. 12. diuinę philosophiæ. sed hæc Themistij sententia, non est vndiq; firma: fieri enim non potest quemadmodum nos explicauimus, in eo nostro qui de prouidentia est diuina libello, apud peripateticos, primam causam his inferioribus consulere, & vt singulares hæ res sunt proxime de illis curam gereret. Sed vt causa est remotissima, & per alterā Dei actionem transeuntem, nempe motum medio corpore diuino, quod ligamentum est inter hæc caduca & illa æterna, quemadmodum 8. Physi. testatur Auer. quod cum verum est videre non possum quomodo prima causa, hanc appetitionem intellectiuam ob motum corporum, quæ in girum feruntur materiæ dederit. quare alio modo cū Simplicio in 4. de Cœlo, à quo sumpsit Auer. 1. Physic. asserimus. at prius distributionem ipsius appetitus faciendam esse censeo. quoniam nomen non est simpliciter qua nominum diuersitate solet multotiens intellectus noster in errores labi, vt testatur in 1. Ethic. philosophus. appetitus ergo duplex est, alter animæ, alter verò naturæ. appetitus verò animę duplex est, vt testatur Arist. in 3. de Anima, & 12. Metaph. alter intellectus, alter verò sensus. vterque verò & sensus & intellectus cum cognitione est à materia remouendus: quoniam materia nullo pacto cognoscit. alter verò appetitus naturalis dicitur, quo materia appetit formam. quem explicans Auer. asserit esse quandā idoneitatem & propensiomem ad formam recipiēdam. & quoniam omnis appetitio aliquid sequitur quod vel est forma, vel saltim se habet vt forma. materia verò non per suam naturā appetit formam, sed propter motum, inquit, quem habet ad formam. hęc autem verba nonnulli ita explicant: id quod habet materia de motu ad formam, propter quod appetit formā, voluisse Auerroem, formam corporis substantiæ genericam, è qua formæ aliæ partiales materiatæ educuntur. est enim hæc corporis substantiæ forma generica chaos, & incohatio formarum ob quam redditur materia disposita ad appetendas formas partiales. sed vt verum fateamur, purum est figmentum hęc quam Latini excogitarunt forma corporis substantiæ, de qua in secunda sectione multa dicam. nos autem dicimus per hæc verba, nil aliud Auerroem intelligere, nisi idoneitatem & inclinationem quandam ad formam tanquam ad suam perfectionem. quodlibet enim ens ad suum finem ex propria quadam natura, ordinatur. cum verò finis & perfectio materiæ forma est, merito ad illam materia dirigitur & ordinatur, tāquā id quod perfici natum est ab eo ad quod ordinatur: quod Arist. in 4. de Cœlo explicauit, cū asseruit: actibus autem ipsorum grauis & leuis nomina non ponuntur, nisi si quis putet inclinationem esse talem; quæ verba Simplicius explicans, inquit, graue autem, & leue, corpus secum quod talia habent, quædam vitæ ὑπεδίματα, hoc est fomentum, propensionem seu vt Latini loquuntur inclinationem scilicet grauitatem & leuitatem. quare, quemadmodum graue appetitum naturalem obtinet vt tendat deorsum, hoc est fomentum quoddam naturale, quamdamq; inclinationem, & idoneitatem ex eo quod perficitur vt deorsum tendat, ita materia appetit formam: quoniam inclinationem habet, ad ipsam formam quando disponitur, & præparamentis afficitur, ab agente. & hic est materiæ appetitus. sed multa sunt quæ nostram sententiam infirmare, & labefactare videntur. primum quidem, quoniam omnis materiæ propensio, & potentia est contradictionis, 9. Metaph. ergo non magis formam quam priuationem materia appetere valebit. ad hæc, hæc materiæ inclinatio potentia est, quare nō erit in materia appetitus à potentia distinctus, & hac ratione non inepte Auicennas, vt supra retulimus, asserere videtur. nisi esset quod potentia duplex est, vt superioribus disputationibus docuimus: altera remota, quæ contradictionis est: altera propinqua ab agente inducta, quæ non est contradictionis, sed ad vnum tantum refertur, vt in secunda sectione docebimus. atque hæc est potentia & inclinatio materiæ ad formam, quæ appetitus, ab Aristotele dicitur: ad secundum verò asserimus aliquos dixisse, idem esse potentiam & appetitum, sed potentia nuncupatur, vt respicit agentem: appetitus verò vt refertur ad formā. quæ omnia in sequenti disputatione docebimus. quibus quidem sic iactis, ac stabilitis his, aduersa non difficile erit diluere. ad primum itaque asserimus, materiam appetere formam non eam quā habet. ad illam enim non est amplius potentia, sed ad futuram. quæ tametsi non est in actu, sufficit quod sit in potentia, & quod ad illam recipiendam habeat idoneitatem, quem appetitum naturalem nuncupamus, nequaquam requirentem obiectum in actu, quemadmodum est appetitio animalis, siue sensus siue intellectus ad aliud, asserimus Auer. verba 12. Diuinorum intelligi de appetitione quæ fit per cognitionem. ad tertium verò fatemur, materiam appetere formam appetitione naturali, propter id quod habet de motu ad formam, vti asserebat

Com. 18.

B

C

Tex. 2.

Tex. 17.

D

bat Auer. hoc est propter fomentum & inclinationem, qua materia est ad formam recipiendam apta. ad quartum asserimus, causam finalem huiusmodi appetitionis in materia esse peremnem generationem, & successiuam corruptionem: vnius enim ortus alterius est interitus, propter huiusmodi idoneitatem & appetitum materiæ, quemadmodum Arist. in 1. & in 2. de Generatione, & interitu testatus est. appetit verò formam futuram non quia ei sit fastidium forma præsens, sed quoniam sua natura non est qualis, non est quanta, non est quid, sed potentia ad omnia, & quoniam nulla potentia naturæ frustatur suo fine, necesse est vt materia formam futuram appetat. ob enim eius imperfectionem & indeterminationem vna forma non sufficit. sed cum ab omnibus perfici apta nata sit vt ab omnibus perficiatur necesse est & ideo vt futuras recipiat oportet. ad quintum negatur similitudo: alio etenim modo materia se habet ad formam & alio modo forma ad materiam. materia enim ad formam refertur, vt ab illa perficiatur. forma verò materiam respicit, vt est illius perfectio & enthelechia. Posteriora verò argumenta, de illo appetitu sunt valida, qui est cum cognitione quo modo ibi Arist. in 3. de Anima, & in 12. Diuinorum loquitur. non autem de appetitu naturali siue sine cognitione. hoc est de inclinatione materiæ, ad formam, vt ad perfectionem, & hæ sunt difficultates perarduæ & difficiles ipsius materiæ, & eorum quæ ipsam concernunt, peripatetice dissolutæ & excussæ. iam tempus est vt ad reliquum naturæ principium transeamus. E F

De priuatione. *Cap.* XXXV.



IN HIS quæ oriuntur & occidunt, necessaria est ipsa priuatio, tametsi sua natura nullibi subsistit: sed vnum numero, forma, & specie differens, apud materiam conspicitur, alioquin nil fieri posset. quicquid enim fieret antequam fieret esset, quod & inductione patet. ex semine enim fit homo, & antequam ex semine fit homo, non est homo semen, & sic de singulis. omne ergo quod fit aliquid, prius non est illud, quod fit. nec quodlibet ex quolibet temere casuq; oriri ac fieri potest. similiter nec in quodlibet corrumpi, sed ex contrario, & opposito determinato, in contrarium, & oppositum determinatum corrumpitur; G atque ex illo determinato oritur. si autem secus, hoc erit per accidens, vt album in musicum. quemadmodum Arist. 1. Physic. in qualibet factione accidentis, & substantiæ, naturæ, & artis ꝓbare conatur. Quicquid enim fit, fit ex non tali, quod aptum est fieri tale. quare priuatio in omnibus generationibus constituendis, in materia necessaria est, ceu altera quædã natura, quæ alteri naturæ, idest materiæ accidit. ad hæc principia naturæ contraria apparent esse vnanimi antiquorum philosophorum consensu, & optima ratione ab Arist. demõstrata.
Tex. 15. prima autem & vniuersalissima oppositio habitus est & priuationis, vt 1. Physic. & 12. Diuinum monuit Arist. ergo priuatio necessarium erit principium, velut alterum contrariorum eorum quæ natura constant. tametsi deterius. amplius, hæc priuationis non visa natura, antiquos philosophantes vsque adeò turbauit, vt rerum ortum, & interitum multitudinemque entium sensibus nostris maxime expositam sophistico quodam ratiocinio, negauere, & e medio peritus abstulere. quam vel solus Aristo. acerrimi ingenij vir, cognouit. ponens discrimẽ inter priuationem & materiam antiquis ignotum, reddidit nobis apertissima duo illa antiquis negata eneruato, labefactato eorũ argumento. duplex, inquam, inter materiam discrimen & priuationem cognouit; alterum ex voce, alterum ex natura rei, desumptum ex voce quidem. vt materiæ per se proprie competit hoc fieri. si autem, ex, ipsi donatur materiæ, vt ex ære fit statua erit merito priuationis, viceque versa priuationi competit ex, si autem hoc de illa prædicamus, hoc est vt immusicum fit musicum, hoc erit merito materiæ, ex natura verò rei, quoniam materia eius quòd fit pars remanet, priuatio autem aboletur & corrumpitur, & numeratilis longè magis est ipsa materia quam priuatio. materia verò per se ens priuationi annexa, per accidens non ens efficitur. ipsa verò priuatio suapte natura non ens, sed formæ absentia. materiæ autem iuncta per accidens ens efficitur. quare par, pari non refertur. hæc verò priuatio apud peripateticos quæ est alterum naturæ cõtrariorum principiorum. longe differt ab ea, quæ est in Categorijs ab Arist. tractata, de qua dicitur à priuatione ad habitum non fieri regressum. siquidem hęc non solum absentia est operationum, sed habituum & substantiarũ. hæc autem principium naturæ priuatio, est absentia formæ cum aptitudine ad formam recipiendam. H

piendam.

A piendam.ad hæc, illa in cathegoriis tractata (vt Simplicius 1.Physic.monuit) est post formã, illa mq; supponit: hæc verò alterum naturę principium, est ante formam, & post formam. quare Peripatetici vti Simplicius, Themistius, & Philoponus, ita priuationem definiere, illam esse absentiam, nec aliquam per se naturam formæ futuræ cum aptitudine ad illam recipiendam, quare distat propter hoc à negatione, quo fit vt nullum ens sit ipsa apta nata constituere, sed vera est formæ absentia. sed hæc sententia, non ab omnibus peripateticis ęque accipitur, quo fit vt hanc difficultatem per se separato loco examinandam duximus.

Num priuatio sit aliqua natura per se constituens aliquod compositum, an absentia est duntaxat in subiecto apto formæ futuræ. Cap. XXXVI.

B PRAESENS quidem difficultas silentio non est mandanda, cum in ipsa nedum Neoterici, sed veteres Peripatetici grauia & difficilia admodum versant. Alexander enim (referente Simplicio) 2.Physic. & 10.Metaphy. aperte asserit, priuationem fore naturam per se, quemadmodum est ipsa forma, & constituentem compositum, vt ipsa forma: tametsi longe deteriorem, longe compositum ignobilius constituentem: ad hoc verò astruendum multa sunt Aristo. & Alexandri testimonia, grauissimaque. nec desunt rationes & à testimoniis Aristo. primo auspicantes, qui in 2. Physic. cum dixisset naturam quæ est vt via in naturam & formam desinere: quoniam duplex est via, vna quidem à priuatione in formam, altera à forma in priuationem, duplex etiam fuerit eiusmodi natura, quæ est per viam, quare duo sunt etiam fines hic quidem forma, ille vero priuatio, vnde priuationi tantum naturæ quantum formæ impertiit dicens, priuatio est quodammodo forma. quæ verba Simplicius, cui subscribit Auer. secundum alteram expositionem, sic interpretatur. non omnis priuatio quodãmodo forma dicitur, sed illa quæ consideratur in eo quod est deterius contrariorum: id enim est forma sub priuatione, sed forma quidem est priuatio, hęc deterior & ignobilior. quę constituit compositum ignobilius, & deterius, quare erit priuatio aliqua per se natura. similiter in 1. de Generatione & Interitu, inquit: cuius enim differentiæ hoc aliquid significant magis substantia. cuius autem priuationem non ens vt calidum quidem prædicamentum quoddam est & forma: frigiditas verò priuatio. Item 10.Diuin. inquit, prima verò contrarietas habitus est & priuatio. & sequenti particula inquit, si generationes ex contrariis in natura fiunt: è forma autem fiunt, & formæ habitu, aut ex aliqua formę priuatione, patet omnem quidem contrarietatem priuationem quandam esse. priuationem autem non omnem fortasse cõtrarietatem esse. palam etiam per inductionem. omnis enim contrarietas cõtrariorum priuationem habet. & in fine illius particulæ, inquit, quare per priuationem semper contrariorum alterum dici patet. quæ verba lucidissime nobis afferunt, priuationem natura per se esse contrariam formæ, semper tametsi deteriorem. quę verba, inquam, & si aperta sunt, apertiora tamen & clariora suæ expositioni reddidit

Marginal notes: *Super tex.15.* — *Tex.15.* — *Tex.18.* — *Tex.15.&16*

D Alexander ibidem. licet, inquit, in lib. de Generatione satis sit demonstratum, generationem omnem vel ex forma & habitu, vel ex priuatione fieri: tamen hic quoque repetendum est. nam cum ex musico aut albo fit immusicum aut nigrum, ex forma & habitu efficitur generatio. vt enim in libro quem modo citauimus docetur: formarum præstantiores habitus sunt, & magis formæ, deteriores verò priuationes. cum igitur ex immusicò aut nigro musicum efficitur, aut album, ea generatio ex priuatione fit. quod si nigrum & album contraria sunt, & nigrum est albi priuatio & immusicum musici, dubitari non debet quin omnis contrarietas priuatio sit & habitus, at non omnis priuatio contrarietas est, quoniam priuatio multifariam dicitur. quare ex Alexandri & Arist. testimoniis, satis patere arbitror priuationem formam deteriorem esse, & non absentiam absolute, & non ens. accedit & alia Arist. sententia his longe apertior, hanc opinionem firmans 12.Diuinorum, his verbis, tria perinde ac si quispiam dixerit principia esse formam, priuationem, atque materiam. verum vnumquodque iterum circa vnumquodque genus diuersum est, vt in colore album & nigrum, superficies, lumen, & tenebræ, aer. ex his autem dies emergit, & nox. deinde subdit. Locutus

Marginal note: *Tex.22.&23*

cutus iam de priuatione, inquit, Cum autem non solum ea, quæ insunt sint causę insinuantes E
tres causas, quas superius commemorauit materiam, formam, & priuationem; vnde vult priuationem rei inesse, ne dum dum fit, sed post quam est facta, & enumerans causas, quæ extra sunt, asseruit mouentem nullam, faciens de priuatione mentionem. quę verba explicans ibi Alexander, Ad vniuersalia igitur, inquit, formam dico & materiam & reliqua spectanti eadem omnium initia sunt. & paulo post subdit, Horum igitur, id est proxime dictorum calidum forma est, frigidum velut priuatio. quod verò vtrumque valet est materia lumen vt forma, tenebrę vti priuatio, atque ex aere & lumine, id est ex materia & forma dies efficitur, ex
Cap. 7. aere & tenebris, hoc est ex materia & priuatione, nox ad hæc Alex. 2. quęstionum naturaliū, priuationem, ait, qualitatem esse, & formā, non autē absentiam & priuationem. similiter re-
In cōm. su 57 fert Simplicius, hanc sententiam tenuisse Alexandrum 1. libro Physic. nunc verò rationibus stabilienda est hæc sententia, vti secundo loco polliciti fuimus. & primo quodcunque recipit terminum ab aliqua natura in facto esse, illa natura est principium per se illius, in facto esse: modo multa sunt quæ in facto esse ad priuationem terminātur, ergo priuatio erit per se principium & natura eius quod est in facto esse. secunda propositio ita probatur, vnico consensu F
omnes affirmant formam esse terminum generationis ad quam generatio terminatur, priuationem verò ad quam corruptio terminatur, quemadmodum enim se habet vnum contrariorum ita se habet & reliquum, generatio enim bouis tendit ad formam bouis constituentem bouem in facto esse, corruptio verò bouis tendit ad priuationem constituentem cadauer: quare priuatio principium erit constituens, & si ignobilius in facto esse ne dum in fieri vt
Tex. 41. nostri loquuntur. præterea 1. Physic. demonstrat, prima principia esse contraria, quę ab antiquis & si sine ratione ab ipsa veritate coactis pari voto vna animi consensu, dicta fuere, ita ratiocinatur. prima principia non fiunt ex alijs, neque ex alterutris, quoniam potius ea, quæ ex principijs quam principia ipsa forent: omnia verò ex ipsis, quod & maxime principiorum proprium est, primis contrarijs insunt, hæc nempe non ex alijs quia prima, non ex ipsis mutuo, quoniam contraria, & ex his omnia, ergo prima principia sunt contraria. verum quoniā duę priores conditiones absq; controuersia, contrarijs primis insunt, magna porrò erat difficultas de tertia, num ex contrarijs quemadmodum ex principiis, omnia constant: hoc, inquit, oportet in ratione considerare, quod dignitatibus communissimis, artis, & naturæ, in- G
ductione verificare aggreditur: hac Aristotelis demōstratione iacta, per contantur quomodo ex contrarijs primis omnia constant, scilicet è forma & priuatione, num quemadmodum ex termino à quo. vel vt in existentibus rebus ipsis intrinsece & per se & in facto esse vt more nostrorum loquamur? si primum dabunt, Aristotelis ratio nullam firmitatem habere videtur, sed sophistica esset. nam quemadmodum ex principiis omnia constant, ita ex contrarijs similiter omnia constare debent, alioquin non concluderet ratio principia fore contraria: si alio modo ex principijs, & alio modo ex contrarijs omnia constarent: at nullus (vt arbitror) vnquam dixit ex principiis omnia constare, velut è termino à quo, & post: sed ex his tāquam quæ inexistunt & partes sunt rei. quare ita ex contrarijs omnia constare debent, non velut ex termino à quo, & post, sed ex illis tanquam quæ inexistunt rebus, & partes rei, & cōtraria intrinsece vt priuatio, & forma esse debent. quare priuatio natura quædam est alicuius deterioris compositi constitutiua, & nequaquam non ens & absentia formæ futuræ. ad hæc illud quod agit in aliud, ipsumque destruit, natura est per se positiua. atqui priuatio agit in H
formam, illamque destruit & corrumpit, vt densitas raritatem, ergo priuatio erit natura per se aliquod constituens, & necessaria in facto esse, & non absentia formæ aut non ens vt credunt aliqui. prima prępositio per se nota est: non ens enim & absentia, si foret ipsa priuatio
Tex. 52. & 56 nequaquam posset formam destruere & perimere. secunda propositio ex Aristo. aperta redditur 1. Physic. dum venatur materiam ex actione & mutua perpessione formæ & priuationis non posse, scilicet vnum contrariorum agere in reliquum, quoniam nullum contrarium alterius contrarij actionem substinere potest. quare pręter duo contraria tertium subiectum supponere oportet. ad hęc, contraria mutuo se perimunt & destruunt, mutuo agunt patiunturque, robustius, & valentius, minus robustum perimit, vt subiecto potiatur. huiusmodi autem forma & priuatio sunt: quod fieri quidem non posset, si priuatio sola esset absentia, & non ens. multoties etiam legimus 1. Physic. substantiam hoc est materiam, cum hac vnica oppositione sufficere, vt ex his omnia constituantur. quare priuatio erit natura quædam per se, atque constitutiua compositi, & realis, & non absentia & non ens. ad hæc quęlibet op-

positio

A positio quæ est in re naturæ, atque (vt aiunt) positiua, termini debent esse reales & posititij. atqui corruptio est in rei natura, & realis transmutatio, cuius termini sunt priuatio à quo, & forma ad quem, ergo priuatio qui est vnus terminus corruptionis, è quo, est realis & positiuus. non autem absentia. amplius quicquid per accidens sentitur, est aliquid reale & positiuum, vt 2.de Anima dicitur, sed priuatio vti tenebræ sentiuntur per accidens, vt eodem 2.de Anima palam est, ergo priuatio erit ens reale & natura sua positiuum. ad hæc id quod arti subiicitur aliquid est positiuum, sed priuatio vt cęcitas arti subiicitur nempe medicæ, ergo priuatio aliquid est positiuum. & vt illis penitus omne auxilium auferatur, ponenda est quædam eorum distinctio, qua credunt aduersa validiora argumenta diluere: distinctio autem hæc est, quod forma cadaueris vocatur non ens & absentia respectu formæ bouis. vocatur autem forma & constitutiua respectu cadaueris, qua distributione omnes Arist. sententias conciliant, hoc modo, priuationem scilicet esse non ens & absentiam respectu formę futuræ, aut præsentiæ: vocatur verò forma & per se natura, vt respicit compositum cuius est forma,

B

Refellitur opinio. *Cap.* XXXVII.



HACTENVS eorum opinionem qui asserebant priuationem naturam per se fore & aliquod compositum constituentem Arist. sententiis, vidimus & rationibus stabilitam: nunc verò an recta sit & Arist. menti consona, prosequamur oportet, atq; asserimus priuationem vt est vnum è naturę principiis, aliquam naturam non fore, sed absentiam & non ens, quod rationibus & Arist. testimoniis firmabimus. & primo quidem quæ non sunt contraria, sed contradictoria, non habent esse positiuum, nec sunt naturæ per se, sed forma & priuatio non sunt contraria sed contradictoria, ergo priuatio non erit aliqua natura per se, sed purum non ens atque absoluta absentia. Intelligenda autem est hæc ratio non de omnibus terminis eorum quę contradicuntur, sed de altero tantum termino nempe de priuatione, forma verò per se apud omnes est principium. hoc verò necessarium est, quia contradictio est de non ente ad ens, vel de ente ad non ens. id autem quod est non ens, priuatio est intelligenda, non autem forma, vt apud omnes compertum est. prima propositio ex Aristo.

C patet 5.Physic. & in post cathegoriis, & in 5.Metaph. & ab ipsis & aduersariis conceditur. Tex.9.
contraria enim de eo quod est, hoc est de subiecto ad id quod est, hoc est, ad subiectum tendunt, quo fit vt in illis sit solum motus: ea verò quæ contradicuntur ex non ente, hoc est ex non subiecto & è priuatione in ens & in subiectum & in formam tendit, quæ mutatio ortus dicitur vel è subiecto in non subiectum interitus nuncupatur. secunda propositio eodem 5.Physic. manifesta est. vbi asserit quod priuatio & forma non sunt contraria sed contradictoria, sed obiicies 1.& 2.Physic. vsurpatum est formam & priuationem esse contraria. huic difficultati eodem loco satisfacit his verbis Themist. quãuis superioribus lib. aliqñ vsurpatũ hoc sit, vt formã & priuationem, diceremus esse contraria, non tñ id pręesse aut ꝓprie intelligi, sed data quadam & rudiuscula rõne voluimus. nam si exacte loquẽdum sit, priuatio absentia quędam est formę, atq; adeò non ens. non aũt enti aut formæ contraria, sed potius contradictoria. ex quibus Themistij verbis, eorum liquet error, qui argumenta stabiliunt & firmant super hoc principium, priuationem scilicet & formam esse contraria, cum potius contradictoria dicenda sint. ad hęc, illud est per se ens reale, & positiuum de quo potest verificari propositio de tertio (vt aiunt) adiacente, atqui de priuatione propositio de tertio adiacente non verificatur. ergo priuatio non est ens positiuum & reale, sed erit dumtaxat absentia, & sua natura non ens. secunda propositio ex Arist. 1.Physic. manifesta est. qui ponens differentiam antiquis incognitam inter materiam & priuationem, inquit, materiam per se fore ens, per accidens verò merito priuationis fore non ens: priuationem verò per se non ens, per accidens verò vt inest materiæ ens: ergo de ipsa priuatione verificare nequaquam possumus propositionem trinariam, vt priuatio est ens, quare priuatio non erit sua natura ens, auxilium verò quod sibi ipsis præstant nullum est: nempe priuationem respectu formæ nobilioris, prætetitæ vel futuræ, dici non ens. vt autem ad compositum refertur per se dicitur ens, atque constituens compositum, hoc inquam auxilium nullum est, tùmquoniam nulla foret differentia inter materiam & priuationem: siquidem dicere etiam possumus materiam vt ipsa respi-

eodem tex. ex 10.

D

Tex. 79.

cit

cit formam futuram nihil esse illius formæ, quam respicit, vt autem respicit se, & composi- E
Tex.59.& 60. tum ens esse cum etiam eodem 1. Physico. ex natura rei ponens discrimen inter materiam & priuationem, inquit Philosophus materiam permanere partem compositi, priuationem autē nequaquam. modo si illorum refugium esset verum priuationem scilicet vt respicit formam futuram aut præteritam, esse non ens, vt verò respicit compositum esse per se ens, idem diceretur de forma nobiliori, quæ vt respicit aliam deteriorem, non ens illius dici posset: quoniam illius nihil est, quare male Philosophus diceret, materiam permanentem vna cum ipsa forma, & non cum priuatione, sicut matrem, omnia constituere, & priuatio nec esset improba, & malefica. Arist. 1. de partibus animal. cap. 3. reprobans Platonem diuisionem generis in differentias priuatiuas & negatiuas vti impennatum inanimatum & alia, inquit, hoc non esse recte dictum. illa enim est differentia quæ speciem constituit modo priuatio nullius constitutiua est, quare in Platonem concludit hanc differentiam priuatiuam non dari, quo fit vt manifeste patet priuationem non esse quid viam constituens, quomodo etiā argumento illorum responsio euertitur vt supra etiam diximus. ad hæc illud quod sua natura non est necessarium vt sit principium rerum natura constantium non est per se ens; sed priuatio nō est F
necessarium principium per se. ergo nequaquam erit per se ens atque aliqua per se natura. prima propositio eo manifesta est quod vti res se habet vt sit, ita vt sit principium & causa atque
Tex.68. è conuerso vt pluries supra meminimus. Secunda propositio ex Aristo. probatur 1. Physic. loquens de priuatione ita, inquit, quod nam autem modo alio non necessarium est. sufficiens enim est alterum contrariorum absentia & præsentia facere mutationem. præterea duo sunt accipienda alterum priuationem esse absentiam formæ non omnem, sed in subiecto apto nato propter quod differt ab ipsa negatione vt infra docebimus, quemadmodum Simplicius, & Themistius, 1. Physi. monuerunt. Alterum verò priuationem pręcedere formam atque disponere materiam, ad illam recipiendam. his ita iactis: ita instamus. si priuatio esset aliqua forma, tunc priuationis esset priuatio. hoc autem falsum est, quare falsum erit priuationem esse formam, quoniam cuiuslibet formæ est priuatio in subiecto apto nato, quoniam illius est absentia, sed per hos priuatio est, forma ergo priuationis esset priuatio, vt magis robustior nostra ratio appareat, & lectoribus lucidior, exemplum ante oculos ita afferamus. Bos (aiunt G
isti) habens formam propriam, opponitur illi priuatio quæ est forma cadaueris, ad quam propter interitum tendit, tunc ab his percontamur Bos priuatus est forma cadaueris, dùm viuus existit, quoniā in materia est absentia illius formæ cuiusmodi est ipsa priuatio, vt per id, quod primo supposuimus satis manifestum arbitror, forma verò cadaueris est etiam priuatio vt respicit formam bouis, quare duplex erit in forma bouis priuatio, altera forma cadaueris, altera absentia illius formæ cadaueris. tunc vlterius percontamur, quæ nam istarum priuationum erit vnum de principijs naturæ vel absentia formæ cadaueris, vel ipsa forma cadaueris, vel vtrumq; simul. hoc tertium fieri non potest, quoniam duplex foret priuatio, vt est principium naturæ à se mutuo distincta, potentia enim ad formam cadaueris, & ipsa forma cadaueris, longe differunt: altera enim existente, vel forma cadaueris, vel absentia, altera obijt & interimitur, vel forma cadaueris vel absentia, nec secundum dici potest. est enim contra id quod primo & secundo loco supposuimus, nempe priuatio aptitudinem ipsi absentiæ addit, qua materia disposita recipit formam, & prior est ipsa forma, modo forma cadaueris futura, ridiculum est dicere quod ipsa disponit materiam ad illam recipiendam, cum adhuc non sit: H
ergo priuatio natura per se aliqua esse non potest. amplius, vt eorum armis eosdemmet iaculemur, priuatio per hos, illa est quæ destruit formam. modo forma cadaueris, non potest destruere formam bouis, quoniam adhuc ipsa non est, ergo non potest agere ad formam destruēdam, quare altera per se natura priuatio esse non potest. præterea, quicquid per se est ens, aut substantia aut accidens est, aut aliquid substantiæ, aut accidentis, modo priuatio istorum nihil est, ergo priuatio per se nihil est. secunda propositio ita probatur. quod est priuatio alicuius, non est illud, modo substantiæ & accidentis, vel cuiuslibet substantiæ & accidentis priuatio est, ergo priuatio non erit aut substantia aut accidens, aut quidpiam substantiæ vel accidentis, quare sua natura, nihil erit. rursus, id quod agit est agens, vt denominatio manifesta. modo si priuatio ageret in formam, tunc priuatio agens foret. quare de causa agente Aristo. in 1. Physic. pertractaret. quod ab omni peripateticorum sententia alienum est. ergo priuatio nō est per se aliqua natura. demum secundo de Ortu & Interitu, & 1. Physic. tria statuit principia naturæ, Aristo. priuationem terminum à quo, formam terminum ad quem, materiam verò ab

A ab hoc vno termino à quo ad alium terminum ad quem tendentem. hoc ita iacto fundamento, ita argumentamur. priuatio est terminus à quo, forma terminus ad quem, ergo priuatio non potest in ipsam formam agere. quare illam non destruet, nec per consequens esse potest aliqua per se natura: quod autem hoc consequatur ita probatur: quæ agunt & mutuo patiũtur, debent se tangere, vt 7.Physi.patet: modo terminus à quo quæ est ipsa priuatio, nunquã simul erit cũ termino ad quem, idest cum ipsa forma, vt 5.& 6.Physi.probat Arist.ergo priuatio nunquam agere potest in ipsam formam, quare aliqua per se natura priuatio esse non potest, nec in formam agere, sed absentia erit formæ in subiecto apto nato, vt sequenti capite docebimus.

Propria opinio. *Cap.* XXXVIII.



B PERIPATETICI ergo quemadmodum Simplicius & Themistius, à quibus non est alienus Auer. vt 1.Physic.patet, asserunt multum distare principia rerum naturalium, quemadmodum res naturales sunt quęrere, & illa indagare quæ mutationi subiiciuntur. primo enim modo priuatio principium est per accidens, quoniam rei naturali non inest. secundo autem modo erit causa per se: mutatio enim efficitur ex non tali, quod aptum est fieri tale, cuiusmodi est ipsa priuatio. quare mutationis priuatio per se erit principium, cum ex ea mutatio vt efficiatur necesse est, composito verò per accidens, cum ipsi non est inexistens composito, nec pars eius, vt supra monuimus. sed aduersus hæc posset quispiam instare, id quod est per accidens nil confert ad ea, quæ fiunt. atqui priuatio necessario rebus quæ fiunt confert, quare priuatio per accidens principium non est. præterea quodlibet accidens suapte natura potest deficere. atqui priuatio deficere nunquam potest, cum sit æternorum contrariorum alterum, ergo priuatio per accidens principium non est, nisi esset, quod priuatio causa per accidens dicitur, non solum quia materiæ accidit, sed etiam quod generatio ex ipsa cũ materia necessario fit, quare ad generationem ipsa confert. aliç autem causæ quæ per accidens
C dicuntur, subiecto quidem accidunt, atque ad actionem nil conferunt, & ad ea quæ fiunt. nam cum dicimus album esse causam musici per accidens, si quoniam ad musicam nil confert. atque hæc est Simplicij in 1.Physi. solutio. ad aliud verò satisfacit Auer. eodem 1. Physic. priuationem esse principium per accidens necessarium, non autem contingens, & quod aliter esse potest. verum horum solutiones maximam mihi pariunt difficultatem. cum enim dicunt priuationem fore principium per accidens in eo quod factum est, per se verò in eo quod fit, admirandum profectò est si priuatio rei, quæ facta est, nullo pacto inest, atque illius pars nullo pacto est, quomodo erit per accidens principium rei quæ facta est. forma enim inducta materiæ ab agente, priuatio ad illam formam penitus aboletur, & nullo pacto est. igitur principium per accidens in re quç facta est priuatio esse non potest, & confirmatur. à quocunque enim auffertur genus, ab eodem auferuntur hæ, quæ sunt sub ipso species, atque differentię. atqui à priuatione dum res facta est ens ipsum penitus aufertur. siquidem priuatio nullo pacto est alicuius formæ, ipsa iam forma introducta. est enim priuatio absentia formæ: quare in re, quæ facta est per accidens non erit principium priuatio, nisi esset quod priuatio ei quod
D fit necessaria causa est, per suam præsentiam: ex non tali enim quod aptum est fieri tale, quod fit oritur & nascitur. per suam autem absentiã, quoniam ea recedente forma accedit. necessaria est in re, quæ facta est per accidens, hoc est per suam absentiam. etenim quæcunq; per aliud sunt talia, per accidens sunt talia, atq; hæc videtur 1. Physico. Simplicij solutio. Sed hæc non videtur satis tuta solutio. si enim priuatio per suam absentiam in re quæ facta est necessaria est per accidens. ipsa autẽ est absentia, quare foret absentia absentiæ. & sic abitio in infinitum, soluitur, quod dũ res fit priuatio dicitur absentia, verum non absolute. vltra enim absentiam aptitudo quædam est materiæ ad formam suscipiendam; facta autem re absentia dicitur priuatio absolute, hoc est nullo pacto ens, quo pacto non ens per se ab Arist. 1. Physic. dicitur. vel ad priorem difficultatem dici potest in re quæ iam facta est priuationem fore per accidens principium. hoc est, per formæ præsentiam. sufficiens enim est alterum contrariorum, hoc est ipsa forma, sui ipsius absentia, & præsentia facere mutationem, hoc est Interitum atque Ortum vt 1. Physic. testatur Arist. vel vt has omnes difficultates aufugiamus, & ne huiusmodi retibus irretiamur, asserere operæpretiũ magis videtur, dum res facta est, priuatio-

Super tex. 65.

Tex. 68.

nem principium nec per se nec per accidens fore, cum penitus ipsa nihil sit, & si interpretes nulla ratione nec Arist. sententia adducti mihi videntur, vt in re facta priuationem per accidens principium asserere, sed hanc sententiam instare merito quispiam posset eo pacto quo priuatio est ens, eo est principium: sed apud Arist. priuatio est ens per accidens, vt 1. Physic. liquet: ergo principium erit per accidens. sed hoc in mutatione intelligi non potest cum per se principium ponitur. ergo in re facta principium erit per accidens. Sed vt commodius pro posita difficultas intelligatur, & tota hęc de priuatione pscrutatio lucidior reddatur, & in lectoris animo nullus post hac huius rei dubitandi locus remaneat, inquirendum est quomodo priuatio in rerum mutatione principium erit. omnes itaque philosophi peripatetici priuationem in mutatione rerum per se principium dixere, atque necessarium: vnaquęq; enim res ex materia fit, quæ necessario formæ futuræ annexam habebit priuationem, ergo necessaria erit priuatio & per se principium in mutatione rerum. aliqui etiam Latinorum quęrentes in quo modo prædicatorum per se priuatio fuerit principium in mutatione rerum. Respondēt in secundo modo prædicatorum per se: quoniam esse principium quod præparat ac disponit ipsius fieri, est quoddā p se, per accidēs priuationis, vti risibilitas ipsius hominis, quare in definitione priuationis ipsum fieri sumi debet. ergo in secundo modo prædicatorum per se numerabitur priuatio. alij verò in primo modo prædicatorum per se asserunt: siquidem ipsa priuatio includitur in definitione ipsius motus, quemadmodum rationalitas in ratione hominis, ergo erit necessaria priuatio & principium per se in mutatione rerum in primo ordine eorum quæ prædicantur per se. horum opinio sic firmari potest, vel priuatio principium erit in mutatione rerum per accidens, vel necessarium. intelligo verò per accidens illud quod contra necessarium distinguitur, & ab Aristo. 1. Cœli & 1. Priorum definitur quandoque ens quādoque non ens, & vt in prioribus disputationibus monuimus. hoc autem modo nequit priuatio per accidēs principium appellari. siquidem possit mutatio rerum fieri sine priuatione: hæc enim est definitio eius quod est contingens & possibile quare necessarium erit principium. at quęcunque necessaria sunt in aliquo eorum quæ prædicantur per se ordine erunt: vt 1. Poster. testatus est Arist. quare priuatio per se erit principium in mutatione rerū vel in primo vel in secundo ordine eorum quæ per se prędicantur. sed horum sententia semper mihi dubia fuit atque sibi aduersantur multę Arist. sententiæ. 1. enim Physic. priuationem loquens Philosophus in mutatione rerum reducit ipsam ad materiam atque priuationem apertissime, per accidens principium, & per accidens non ens fatetur: vt dixi in mutatione rerum. Amplius, quæ demonstrauit reassumens philosophus asserit, quo circa ipsa principia tū duo, tum verò tria dicēda sunt. duo inquam sunt, si quis proprie principia acceperit, scilicet subiectum & formam, tria autem si quis assumpserit principium per accidens simul cum illis duobus quod dicitur esse priuatio. particula verò sequenti manifestissime voluit philosophus in rerum mutatione non esse priuationem necessariam his verbis; quodnam autem modo alio non necessarium est, sufficiens enim erit alterum contrariorum absentia & præsentia, facere mutationem: & paulo infra afferens materiæ discrimen. a priuatione, inquit, nos enim materiam & priuationem aliud esse dicimus, & horum materiam quidem non ens esse secundum accidens, priuationem autem per se, & materiam quidem prope & quodammodo substantiam; priuationem verò nequaquam: admirandum profectò esset si priuatio principium per se foret atque necessarium in primo vel in secundo ordine eorum quæ prædicantur per se, Arist. hoc prætermisisse, sed apud ipsum legimus, semper priuationem inter ea quæ sunt per accidens, numerari. Ad hæc prædicata per se primi & secundi modi eorum quæ per se dicuntur, diuelli & separari nequeunt ab his de quibus dicuntur. modo priuatio ab ipsa rerū mutatione, separari potest, siquidem semen quod nō adhuc mouetur ad formam animalis recipiendam. priuatum dicimus illa, atque aptitudinem habere, vt ab illa informetur, & sine mutatione intelligi potest, quamuis mutatio sine priuatione nec esse, nec intelligi valet, siquidē mutatio (vt 5. Physic. legimus) tria necessaria requirit, id quod mutatur, terminum à quo, & ad quem mutatur. quare inspicere non possum quomodo in rerum mutatione per se & necessarium principium dicatur priuatio, assererem ergo a natura ipsa edoctus Arist. duce, duo in præsentis solutione difficultatis, alterum priuationem in rerum mutatione principium primum non fore necessarium, & ꝙ conuerti & commeare cum ipsa mutatione possit, etenim vbi est rerum mutatio, ibi necessaria priuatio, non tamen e conuerso. quiescens enim semen, nec mutari incipiens, priuatum forma animalis asserimus. in ipso enim semine quiescente,

nec

Margin notes: Tex.79. (beside "priuatio est ens, eo est principium"); Tex.66.&67 (beside "dubia fuit"); Tex.79. (beside "riam & priuationem"). Margin letters: E, F, G, H.

A nec adhuc mutari incipiente, duplicem comprehendimus priuationem, alteram ad ipsam mutationem, quam quidem mutationem recipit non permutationem, quoniam mutationis non est mutatio, nec motus motus, vt 5. Physi. demonstrauit Arist. alteram vero ad terminũ motus, quem quidem terminum mutatione recipit semen, atque hæc est priuatio rerum naturalium, altera pars contrarietatis, est enim formæ absentia, in subiecto apto nato ad eam recipiendam, quare priuatio intelligi potest sine rerum mutatione, ergo in rerum mutatione necessarium primum non erit, ad quod quidem respiciens Arist. semper dixit priuationem alteram partem contrarietatis esse accidens, nulloq; pacto ens aut per se necessarium, subaudiendum primum, & ꝙ cum mutatione rerum possit commeare. est ergo vt exemplis rem hanc à nullo intellectam lucidiorem manifestemus. est autem animal necessarium homini sed non primo, quoniam cum homine nõ conuertitur, quod eius quod est primum necessatium proprium est ita priuatio mutationi rerum necessaria quidem est, sed non primo. cum sine ipsa vt dictum est, in semine quiescente esse potest, non erit ergo necessaria in mutatione rerũ priuatio necessaria primo, vt rationalitas ipsi homini: Quare accidens necessarium in mutatio-
B ne rerum potius dici debet priuatio, quàm simpliciter necessarium. quod quidem Arist. testimonio confirmamus in 5. Physic. entium mutationem ex quodam in quiddam, & in quoddã esse asserit, ex quodam verò priuatio & terminus à quo frigidum, ad quoddam verò terminus ad quem, & forma calidum, in quo autem vt in eo quod mouetur vt lignum, motus, inquit, & mutatio in illis terminis à quo & ad quem non est, sed in ligno, & in eo quod mouetur. quo fit, vt id quod mouetur, & mutatur, primum sit necessarium in ipsa rerum transmutatione. nec verò adducor vt per se in aliquo ordine eorum, quæ per se dicuntur, afferam priuationem, sed potius secundum se, quod multum distat ab eo quod est per se, vt 5. Diuin. testatur Arist. atque hoc est secundum quod dicere polliciti sumus: Quapropter priuatio in mutatione rerum necessarium quidem erit principium non primum, & sic per accidens necessarium dici potest, non autem per se, sed potius secundum se. accedit verò & illud quod paulo post docebimus, priuationem ab Arist. reduci vel ad materiam vel ad formam, quod proprium eorum est, quæ per accidens & non primo necessaria sunt, quod quidem credo intuitus Diuinus Plato priuationem prætermisit, non ꝙ ignorauerit priuationem esse circa mate- Tex. 23.
C riam, quemadmodum diligentissimus platonicæ disciplinæ perscrutator Simplicius 1. Physi. testatur, cum dixit materiam esse omni capacem, eo ꝙ ei suapte natura, omne recipere competit, & informem esse tradit illarum omnium formarum quas receptura est. quod sane indicat & significat absentiam formarum. sed cum existimasset priuationem non ens esse secundũ se, inter elementaria rerum naturæ principia ponere respuit. difficultas ergo ablata ex dictis pro nobis est potius, quàm aduersus nos. fatemur enim in mutatione rerum, principium per accidens fore, tametsi necessarium, illis vero præsens ratio, non paruum facessit negocium, qui oppositam sententiam tenent, sed his magnæ perscrutationis examine, occurrit difficultas, & à nullo interpretum nedum quidem explicata, sed nec quidem leuiter tacta aut animaduersa hucusq; visa est, atque hæc talis est: forma substantiæ duplicem habere videtur priuationem: alteram, quæ illam antecedit formam, alteram, quæ illam sequitur. quærimus quænam harum priuationum est formæ contraria, & alterum naturæ principium, non ea quæ antecedit. siquidem priuatio illa à nobis principium naturæ intelligi debet, quæ for-
D mę opponitur, atque hæc, quę antecedit formam, formæ opponi nõ videtur. præparat enim subiectum, atque disponit ad illam recipiendam. quare, vt formæ opponatur, vix intelligi potest. accedit quod id quod præparat, atque disponit ab eo ad quod est præparatio. dispositio non differt, nisi secundum magis & minus, & ei usdem est numeri, vt 3. & 5. Physic. testatur Auer. ergo huiusmodi priuatio, quæ ipsam formam antecedit, contraria formæ, aut alterum principium naturæ esse nequit. præterea, hæc naturæ priuatio, quæ est alterum contrariorum atque principium, interitus causa est, atque corruptionem operatur, vt 1. Physic. liquet. modo hęc quę antecedit formam, priuatio potius ortus & generationis causa est quã interitus, ergo hęc priuatio illa non est, quæ formę opponitur, atque tertium naturæ principium. nec verò quæ formam sequitur, huiusmodi esse priuatio dicitur, quoniam priuatio (vt omnes Peripatetici asserunt) absentia est formę futurę atque subiecti pręparamentum existit ad illam recipiendam, modo quę formam sequitur, priuatio subiectum ad formam pręteritam recipiendam non pręparat, quemadmodum cadauer quod sequitur formam hominis, semen non pręparat ad illam recipiendam: quare ea quę sequitur priuatio formã nullo

pacto dici poteſt fore oppoſitam ipſi formę. quare nec tertium naturę principium. pręterea, E
duo contraria in eodem ſubiecto ſimul forent, nempe forma bouis, & abſentia formę futurę cadaueris, quæ illam ſequitur, nec vtrãque priuationem afferre potes, ſiquidem vni duo forent contraria, nempe priuatio quæ antecedit ipſam formam, & quæ ſequitur illam vniformæ opponerentur, quod tamen maxime videri poteſt, ſiquidem forma quę fit, vel ipſum cõpoſitum ex contrario fit. ex ipſa nãque priuatione & in contrarium, hoc eſt in ipſam priuationem non eandem, ſed ſequentem, quare vtraque priuatio intelligenda maxime videtur, quod tamen verum non eſt, quoniam vni, vt diximus, forent duo contraria, cuius oppoſitũ primo cœli ſentit Ariſt. verum vt hæc difficultas (quæ vt ingenue fateamur non leuis eſt momenti) diſſoluatur. quod & etiam, ſi recte meminimus id quod polliciti ſumus abſoluamus, aggrediendum eſt diſcrimen priuationis, negationis, & ipſius potentiæ. ex horum enim declaratione magnum additum ad ſolutionem præſentis difficultatis habebimus. priuatio igitur & negatio in hoc conueniunt, quod quemadmodum priuatio numerari in entibus non poteſt, & pars eius quod eſt hoc aliquid eſſe, ita nec negatio inter entia numerari poteſt & digito demonſtrari. conueniunt ſecundo, quod vtraque formæ eſt abſentia, atque hæc eſt illorum conuenientia. mutuo verò differunt vt ſupra Metaph. & 2. de interpretatione teſtatus eſt Ariſt. quod perbelle Alex. 2. naturalium Quæſtionum, & Themiſtius 1. Phyſic. explicandum ſumpſerant: quod id totum his verbis nobis abſoluerunt: priuationem à negatione, in hoc differre, eo quod priuatio conſignificat id in quo eſt. nam immuſicum non in quouis eſſe dicitur, ſed in homine, nec quoduis iniuſtum nuncupatur, aut lapis, ſed illud in quo aptitudo horum eſt vt iniuſtum, & iuſtum recipi poteſt, dicitur. negatio verò aptitudinem ſubiecti determinati non conſignificat, ſed abſentiam formæ abſolutam & ſimpliciter, & vt vno verbo abſoluam, priuationem vltra formę abſentiam aptitudinem ſubiecti, ad illam recipiendam claudit; propter quod excluditur ab ipſa negatione: quomodo ergo priuatio & negatio conueniant & differant, ex his manifeſtum eſt. Aliud verò aggrediamur de potentia ſcilicet & priuatione, atque addas (ſi placet) materię appetitu, vt ea, quæ à nobis retro facta eſt promiſſio integre abſoluatur. aſſerimus itaque, hæc tria idem eſſe ſubiecto, & re, potentiam ſcilicet priuationem, atque materiæ appetitum, ſolaque ratione mutuo diſtare & diſferre: etenim abſque neceſſitate entia naturæ nõ ſunt multiplicanda, cum multitudini paucitatem naturam præferre multoties apud Ariſt. legimus. ad hæc, ſi hæc tria diſtarent re, tria non eſſent naturæ principia, ſed his adderetur potentia atque appetitus materiæ, quocirca quinque eſſent naturę principia, ſed quomodo hoc ita ſe habeat explicandũ eſt. quodlibet enim quod fit, ex aliquo fieri debet quod antea illud non erat. ſi enim fuiſſet, fieri fruſtra foret, quare quod fit, ex non tali fit; quod aptum tamen eſt fieri tale: ergo in hoc omnium primo ſubiecto, carentiam formarum quas ſuſcepturum eſt conſpicimus. hęc verò carentia, ſi illam animaduertimus in materię gremio è quo poſſunt indifferenter omnes formę agẽtium ope educi, potentia nuncupatur: quę cum ipſa materia perpetuo manet atque ab ipſa ſeparari non poteſt, & generabilis & incorruptibilis eſt, vt 1. Phyſic. teſtatur Ariſt. atque alium terminandi modum & principij mutationis modum ab ipſa materia diſtinctum non habet. materia enim & potentia, modum habent receptiui, & vt paucis abſoluam, potentia materię, formam aliquam determinatam non reſpicit, ſed ad omnem refertur indifferenter: hæc verò carentia materię atque indifferens ad omnes formas potentia ſi conſideratur ope agentis determinata ad hanc formam potius quam ad illam, priuatio hęc nuncupatur, quæ interit & corrumpitur formę contrarię aduentu, & modum principij ab ipſa materia longe diſtinctum obtinet; ſiquidem terminus eſt à quo & contraria formę. quod enim fit ex contrario determinato fit: eſt enim priuatio abſentia formę, cum aptitudine ſubiecti ad illam recipiendam, ergo priuatio vltra carentiam ſubiecti aptitudinem determinatam claudit: hęc verò aptitudo, ſi conſideratur, vt eſt medium quoddã, qua materia perficitur, appetitus dicitur, quo appetens formam imperfecta eſt ſua natura, à forma perſicitur vti fœmina à mare, quę quidem priuatio & carentia, in cauſa eſt, vt materia appetat formam propter non eſſe dicebat Auer. quod habet admixtum in ſubſtantia eius, appetitq; formam propter motum quem habet ad ipſam. quod autem hæc ita ſe habeant manifeſtum eſt. Philoſophus 1. Phyſic. aſſerit per priuationem materiam fore corruptibilem, atque generabilem, per potentiam verò ingenerabilem & incorruptibilem. hoc autem alia ratione eſſe non poteſt niſi quod potentia determinatum contrarium non habet, quare nec corrumpitur, quod enim

Tex. 81. (margin, beside "rari non poteſt ... 1. Phyſic. teſtatur Ariſt.")

Tex. 81. (margin, beside "1. Phyſic. aſſerit per priuationem")

F (margin) G (margin) H (margin)

corrumpitur

A corrumpitur à contrario, non quolibet sed determinato & proprio corrumpitur: priuatio
verò cum corrumpatur determinatum habet contrarium: nempe ipsam formam: eodem
verò 1. Physic. venatur Philosophus tertiam ipsissimam principiorum conditionem non Tex. 42. 43.
quodlibet, inquit, ex quolibet fieri, sed ex suo determinato contrario, ergo priuatio est de- & 44. & in-
terminatum contrarium formæ ex qua fit priuatio, & in illam interit. ad hęc per priuatio- fra.
nem illud intelligimus, quod causa est interitus vti forma causa ortus, atqui in vniuersum
priuatio interitus causa esse nequit, cum eorum quę particularia sunt ortus & interitus sunt
operationes, vt 1. Metaph. patet, & 1. de Anima, ergo priuatio determinata & proprię formę
carentia, potentia verò indeterminata vniuersæ formæ carentia. vt verò hęc priuatio in causa
est vt materia appetens formam ab illa perficitur, appetitus dicitur; sed in hæc duę sunt in-
stantię, altera quidem si potentia & priuatio idem possent, ergo sicut priuatio ab Arist. ter-
tium naturæ principium ponitur, ita potentia poni debuisset. altera verò si priuatio vt est
alterum contrariorum naturę principium, corruptibile est, & particulare, principia naturæ
omnia non forent æterna: quare non semper manerent secundum Alex. interpretationem.
B sed hæc non cogunt. ponitur enim priuatio tertium naturæ principium. non autem poten-
tia, tum quoniam Plato priuationem ab ipsa materia vt communiter dicitur non distinxit,
tum etiam quoniam potentia alterum principij modum ab ipsa priuatione obtinet. poten-
tia enim & materia eundem principij modum simul habent, scilicet receptiui & dispositi-
ui, vt verbis nostrorum vtar. priuatio verò obtinet principij modum, vt terminus à quo:
aliam verò difficultatem omisso examine quod 1. Physi. de ęternitate principiorum agit Sim-
plicius, asserimus non esse necesse vt eadem numero principia naturæ ęterna sint nisi sola
materia, quę ex alia effici aut educi non potest: priuationem verò & formam ęterna specie
& successiue, principia esse contenti sumus. quod si obiiceres, album & nigrum, ęterna si-
militer sunt specie, ergo nulla esset inter primam & hæc secunda principia differentia, nisi
esset quod album & nigrum & si principia ęterna sunt, differunt tamen à primis, quę tametsi
ęterna sunt ex his omnia fiunt, & in qualibet mutatione reperiuntur. quod denegatum est
à secundis principiis. atque hęc est probabilior eius propositionis, principia oportet semper
manere, expositio & sententia. His itaque iactis, & suppositis fundamentis, ad propositam
de priuatione difficultatem soluendam reuertamur. ex dictis itaque patere potest, eam pri-
C uationem quæ est ante formam solum esse naturę principium & non eam quæ formam con-
sequitur, siquidem priuatio absentia est formæ futuræ in subiecto apto nato ad illã recipien-
dam, quare priuatio disponit subiectũ, ipsumq; pręparat, vt forma introducatur, quę quidem
cõditiones priuationi, quę formã consequitur, cõpetere non possunt. Demum priuatio illa est
principiũ, quæ opponitur priuatiue, absentia verò formę ipsi formę opponitur, sicut absentia
pręsentię, & id quod non est, ei quod est. hinc Philos. in 1. de Ortu & Interitu inquit, præsen-
tibus habitibus in materia, cessat motus. quare ex his verbis firmissime intelligere possumus,
priuationem quæ formã præcedit non illam quę sequitur, esse tertium naturæ principium. ad
hæc illa priuatio dicitur tertium naturę principium, quæ est terminus à quo, & nõ illa quę est
terminus ad quem, vt 1. Physic. & 2. de Generatione & Corrupt. testatur Arist. modo illa pri-
uatio quæ antecedit formã est terminus à quo, illa verò quæ sequitur, terminus ad quẽ. siqui-
dem bos corrumpitur, cuius formæ priuatio est cadauer, ad quam cadaueris formam tendit
motus corruptionis bouis, ergo priuatio quę antecedit formam, illa est tertium naturę prin-
cipium: nequaquam verò ea quę formam consequitur. nunc verò quæ contra hanc sententiã
D obiiciebantur, soluere non est onerosum. priuatio enim quæ antecedit formam, duo nobis si-
gnificat carentiam formę & aptitudinem subiecti ad illam recipiendam, respectu verò caren-
tię formæ opponitur, atq; hoc modo contraria est, non autem respectu aptitudinis subiecti.
vel dicas præparationem & aptitudinem, fore duplicem: alteram ipsius materię, ab agente in-
ductam, quę antecedit formam. atq; hæc aptitudo presente forma introducenda cessat, atque
corrumpitur. quare hęc etiam aptitudo est forma opposita. alteram verò ipsius formæ intro-
ducendę, atq; hæc eiusdem est generis, cum ipsa forma, nec illi est opposita. Dubitabis verò,
quid ergo erit illa priuatio quæ formam consequitur? soluitur esse priuationem nõ formę in-
troductę, cũ illius non sit absentia, sed formę futurę. ver. gr. priuatio quæ consequitur hãc for-
mam meam est priuatio formæ cadaueris, quia illius est absentia: adueniente autem forma
cadaueris, corrumpitur & interit forma bouis: hoc verò est quoniam in materia quæ formę
bouis subiiciebatur, erat carentia formæ cadaueris: quare pręsente forma cadaueris, caren-
tia illa

tia illa destruitur & simul forma bouis quæ cum ipsa carentia cadaueris in eodem subiecto simul possunt esse. non enim sunt contraria, quinimmo seruatur forma bouis, carentia formæ cadaueris in ipsa materia existente. perpetuo etiam seruaretur si perpetua foret carentia formæ cadaueris. sed in hęc quispiam etiam instare posset. fieri non potest vt forma bouis & carentia, seu priuatio formæ cadaueris, simul maneant: quoniam sunt contraria. quod ita patet, priuatio vltra carentiam claudit aptitudinem formæ quam respicit: aptitudo verò alicuius formæ, non est contraria illi formæ fieri: ergo non potest vt cum forma bouis & forma cadaueris sint opposita, & priuatio formæ cadaueris cum dicat aptitudinem eius, illi nō est contraria, sed eadem est & simul esse nequeunt, ergo nec forma bouis & carentia cum aptitudine formæ cadaueris simul esse possunt, nisi esset, quemadmodum dictum est, aptitudinem formæ futurę, non contrariari formæ quæ est in materia, quare simul possunt esse, vel dicendum materiam, quæ substat formæ bouis, dum substat, non habere priuationem, hoc est aptitudinem ad formam cadaueris, sed potius habere potentiam & posse illam recipere, quæ deinde temporis processu apta redditur ad formam cadaueris recipiendam, atque *In expositione Tex. 61.* ista est de hac difficultate nostra opinio. nolo autem te latere Simplicium 1. Physic. fuisse arbitratum vtrâque priuationem & quæ formam antecedit, & quæ illam sequitur, fore tertium naturæ principium, & hoc forte probabile est, tum quoniam, vt supra diximus, quicquid corrumpitur à priuatione corrumpitur, & quicquid fit, à priuatione fit, tanquam ex contrario, & in contrarium fieri & interire, tum etiam in hoc differt priuatio quæ est naturæ principium (vt ipse ibidem monuit Simplicius) ab ea quę in categoriis ab Arist. tractatur, & ad habitum non fieri regressum dicitur, quoniam hæc prę supponit formam, atque habitum, vt cęcitas visionem, & nullo pacto antecedit. illa verò vtrũque operatur, & antecedit formam, & consequitur: quare vtraque priuatio Simplicio ponitur naturę principiũ, nec tamen obstat vni esse duo contraria, quoniam duo illa habent rationem vnius, quemadmodum in 1. Cœli monuit Simplicius, liberalitati duo opponi videntur, prodigalitas, & auaritia, quę subeunt rationem vnius, scilicet immediocritatis, & vitij, ita vtraque priuatio rationem vnius priuationis subit, atque ipsi formæ opponitur: quare Simplicio videtur vtranque priuationem fore naturę principium ob eam quam nunc diximus, rationem ductus: probabilis verò hic Simplicij modus videtur, sed longe probabilior is qui à nobis dictus est, supra apparet.

Euertuntur rationes. *Cap.* XXXIX.



VISA de hac difficultate, quæ non leuis erat momenti, solutionis veritate, tempus est aduersariorum errores manifestare, eorumq; rationes labefactare, nullamq; firmitatem habere in Arist. doctrina palam facere: verùm porrò antequã hoc exequamur, nõnulla accipienda sunt, quibus cõmode id quod intendimus, habebimus. primum autem est ꝙ priuatio eorum est, quæ nō *Tex. 27.* simpliciter dicuntur, quemadmodum 5. Metaph. Aristo. testatur, vel enim priuatio dicitur quando aliquo quidpiam caret, quod non natum est habere, nec in illo, nec suo genere, vt oculis priuari dicitur planta, vel dicitur, quando aliquod natum est habere, & non habet, vel in specie, vel in genere, vt talpa, & multis alijs modis, quos legendos lectorem ad illum locum mittamus. aliud verò supponendum est, quod etiã supra monuimus, dum illorum sententiam refellebamus ex Arist. 5. Physic. reperiri priuationem in substantijs & in accidentibus. in accidentibus autem, quæ sunt contraria, & in quibus est motus, priuatio affirmatione significatur, vt nigrum, frigidum. in substantijs verò in quibus est contradictio, & non contrarietas mutatio, & non motus priuatio negatione significat vt ex non homine fit homo, & ex non subiecto & non ente ens. aliud verò sumendum, est ꝙ quando peripatetici asserunt formam corrumpi in priuationem tanquam in suum contrarium, audiendum nõ est propterea priuationem aliquam per se fore naturam, sed materia hac destructa forma, sub qua subest, aliam formam recipere, cum qua est absentia formę pręteritæ, cui sublernebatur, hac ratione in contrarium, hoc est in priuationem corrumpi formam dicimus. est etiã aliud propterea notandum, ꝙ inter varia priuationis significata apud Arist. legimus in 1. de generа. 2. Physi. contrariorum deterius priuationem nuncupari, vt frigidum respectu calidi, & nigrum respectu albi, tamen tertium è principijs naturæ hęc priuatio non est eo inquam modo, quo

A do, quo illam Arist. 1.Physi.venatur, & non contrariam formæ, sed contradictoriam ponit, tametsi principia contraria dicat 1.Physi.rudiuscula tamẽ hoc factum est ratione, vt 5.Physi. animaduertebat Themistius. His itaque iactis eorum rationes euertere difficile non erit. ad omnes igitur Arist. sententias Alexandri auctoritates vnica hac responsione respondemus. fatemur enim deterius contrariorum ab Arist.priuationem dici, hanc verò non esse priuationem vt est vnum de natura principijs, & inuentum 1.Physi.ab Arist.Illa enim priuatio quam nos venamur, & de qua est quæstio absentia est formæ cum aptitudine materiæ ad illam recipiendam, vel demus illis hoc deterius contrariorum priuationem esse vnum de naturæ principijs, aduertere debuissent in omnibus his locis Arist.in accidẽtibus fuisse loquutum in quibus vt dictum est, est vere motus & contrarietas, atque priuatio affirmatione significatur, vt ex 5. Physi.ex Arist.monuimus.nunquam verò reperire possunt, aut Arist.sententiam,aut interpretum eius aliquod dictum, vbi in substantijs priuationem aliquam naturam per se dixerint, sed negatione perpetuo illam nuncupari, si rectè & non oscitanter Arist.legerent, inuenient. ad rationes verò asserimus terminum corruptionis, & interitus ipsum non ens fore,
B vti generationis & ortus ipsum ens. & quando bos corrumpitur, terminus ipsius corruptionis est non esse formæ bouis. & quoniam vnius interitus est alterius ortus, altera forma ignobilior generatur, quæ cadauer ipsum constituit. ad aliam verò rationem quæ multi momenti videtur esse, dicendum puto ex primis contrarijs omnia fieri, quoniam alterum eorum in re manet,nempe forma,atq; ex eo vna cum subiecto res cõstat.alterum verò in re non manet, quemadmodum ipsa priuatio est,ita ex principiorum altero in re manente, res constat,altero autem non manente. ad aliud vero argumentum dicimus vt retro etiam monuimus, in accidẽtibus priuationem affirmatione significari, quemadmodum densum nigrum & frigidum, atque hac Arist.ibi vtitur priuatione, vt vna sentiret cum antiquis, & contrariam ipsam vocat, cum contradictoriam proprio instituto 5.Physic. appellat. alia vera argumenta soluimus priuationem nõ esse merum nostri intellectus figmentum, quemadmodum chimera, & hircoceruus, quare hac ratione quidpiam erit reale; si verò per reale intelligere volunt aliquam per se naturam compositum constituentem,negamus.perpetuo enim priuatio absentia est for
C mæ apud illustres peripateticos in subiecto apto nato,eorum vero distinctio funditus euersa est.sed dubitabis, priuatio est substantia vel accidens, quicquid enim est, aut substantia, aut accidens est, Simplicius 1.Physi.soluit,atque sua natura priuationem substantiam, aut accidens fore negat, quoniam aliqua natura non est, sed absentia vt dictum est. sub eo vero erit prædicamento, sub quo est forma, cuius est priuatio, etenim si forma erit substantia, priuatio illius formæ erit in prædicamento substantiæ.si verò forma erit quanta, vel qualis, aut in aliquo aliorum prædicamentorum, priuatio illius formæ erit similiter quanta, vel qualis, vel in aliquo aliorum prædicamentorum: sub quo enim genere vnum contrariorum,sub eodem erit & reliquum. *In expositione Tex. 70.*

Materiæ an formæ tribuenda sit priuatio? Cap. XL.

HACTENVS difficultatem illam quæ præclara ingenia diu torsit, num scilicet, priuatio aliqua sit per se natura,discussimus; & ex Aristo.sententijs &
D rationibus aliquam per se naturam priuationem minime esse, sed formæ absentiam in subiecto apto demonstrauimus.quęrere nunc oportet vt dubitandi locus nullus post hac philosophis candidis relinquatur, num ad materiã vel ad formam priuatio tribuatur & reducatur.siquidem conclusum est aliquam per se naturam non fore priuationem, & cum omne, quod non est per se, sed per accidens ad id quod ęst per se referri & reduci oporteat, hinc Aristo. 1.Physi.dicentem multoties audiuimus,duo dicenda fore naturæ principia.alterum enim(de priuatione intelligens)quodammodo necessarium non esse. quare operępretium duxi hanc difficultatẽ examinare. qđ libenter quidem faciemus,si consueta philosophantium via, aliorum scilicet referendo prius opiniones, mox quid nos sentimus adiicere. aliqui ergo ad formam priuationem pertinere existimant,his argumentis.priuatio est absentia formæ & non materiæ,ergo ad formam & nõ ad materiam priuatio pertinet. ad hęc, ad illud priuatio pertinet & refertur, quo posito priuatio ponitur. & quo ablato priuatio deficit, atqui priuatio pręsente forma est alterius formæ, & ea sublata tollitur priuatio formæ oppositæ. ergo priuatio ad formam & non ad materiam

teriam referenda est. ad hæc 2. Physic. nuncupat philosophus priuationem formã & naturam, quare ad formam & non ad materiam pertinere priuatio videtur. Amplius, & Arist. apertissime formam ad priuationem refert 1. Physi. cum asserat solam formam præsentia & absentia facere mutationem, quare absentia formæ priuatio erit, ergo ad formam & non ad materiam priuatio reduci videtur. similiter hęc sententia Platoni inscribitur: alij verò ad materiam & non ad formam priuationem referre & pertinere opinantur, his argumentis, priuatio est in subiecto apto negatio, quod quidem potest habere id quod non habet, ergo ad materiam & non ad formam priuatio reducetur. ad hæc priuatio est contraria formę non autem materiæ, illamque destruit & interimit, ergo ad formam referri non potest, quare ad materiã. quicquid enim ad aliquod refertur & reducitur illi contrarium non est, sed ab illo fouetur conseruaturq;. præterea illi potius tribuenda est priuatio cui priuatio nomen tribuit, quam illi cui priuatio nomen non tribuit. atqui materiæ, & non formæ priuatio nomen tribuit, materia enim priuata dicitur, sed non forma priuata, ergo ad materiam & non ad formam reducetur priuatio. ad hæc, quælibet imperfectio rei imperfectę & non rei perfectæ vt tribuatur rationi consentaneum est, velut simile simili. atqui priuatio imperfectio, est ergo materiæ imperfectę & non formæ tribuenda erit. item naturæ ars Emula est, in arte autẽ priuatio materiæ tribuitur, vt ęs statua priuatum dicimus, & nequaquam ęre statua priuata, ergo in natura priuatio materiæ & non formæ tribuetur & condonabitur. ad hæc materia mobilis est à termino à quo ad terminum ad quẽ, quare priuata erit termino, idest forma ad quam tendit. ergo priuatio materiæ comes erit, non autem formæ. demum Arist. 1. Physico. lucidissime priuationem ad materiam & non ad formam reducit, cum priuationem & materiam vnum numero specie & forma differre asserat. Rursus priuatio & potentia vt supra monuimus, idem sunt. atqui potẽtia ad materiam refertur, & non ad formam, ergo ad materiam & non formam priuatio pertinere videtur. ad hęc Auer. 1. Physi. causam interitus afferens, materiã fore, inquit, propter non esse, hoc est priuationem quod habet admistum in sua substantia. ergo priuatio ad materiam & non ad formam reducitur. Sed hi omnes decipiuntur. nec enim ad materiam dumtaxat vel ad formam solum pertinere potest: priuatio enim non includit dumtaxat vel absentiam formæ qua ad formam referri videtur, vel aptitudinem materiæ qua ad materiam pertinere existimatur, sed vtrumque simul. ergo ad vtrũque referri debet. quare vt significat negationem in subiecto apto nato materiæ priuatio tribuenda est, vt verò absentiam formæ claudit, ad formam referre oportet. hinc Arist. reducere videtur 1. Physic. ad ipsam formam priuationem quatenus est formæ absentia, cum hæc verba proferat. Alterum contrariorum absentia & præsentia sufficiens est facere mutationem: alterum verò hac ratione quodammodo necessarium non est priuationem audiens. cum verò dixit eodem 1. Physi. priuationem & subiectum fore vnũ numero, differre forma & specie, vt aptitudinem claudit illius subiecti, cõsiderauit priuationem, propterea ad ipsam materiam refert priuationem. 5. similiter Metaph. cum varia priuationis significata attulerit, omnia ad materiam pertinere videtur: quare priuatio ad materiam referri videtur, vt negationem in subiecto apto nato claudit: ad formam verò, vt absentiam illius significat. accedit verò & hoc, quoniam vt priuatio se habet ad suũ quod quid, ita ad suum esse. quod quid autem priuationis materiæ aptitudinem atque formæ absentiam claudit. ergo ad materiam & ad formam esse suum referre oportet. argumenta, verò prioris sententiæ nihil aliud probare videntur, quam ad formam referri priuationem, vt claudit formæ absentiam. posteriora verò alterius sententiæ argumenta concludunt ad materiam referendam fore priuationem, vt negationem in subiecto apto nato dicit, quare duntaxat quod quid priuationis, nec ad hoc scilicet subiectum, aut ad illud scilicet formam, sed ad vtrunque simul. & de difficultatibus duorum naturæ principiorum primę Sectionis, hęc sint dicta.

Considerandũ.

E F G H



Sectionis primæ finis.

QVINTII BONIOANNIS

CALABRI TROPIENSIS,

PHILOSOPHIAM NEAPOLI PROFITENTIS,

Peripateticarum disputationum, De principiis Naturę,

SECTIO SECVNDA.



PRÆFATIO.



Bsolvtis *his quę de duobus naturæ principiis materia scilicet & priuatione, in dubium verti solent, difficultatibus, de tertio eiusdem naturę principio his omnibus longe pręclariore, & excellentiore forma, reliquum est difficultates, quę quo his præfatis principiis longe præclarior est, eò illorum difficultates quæ de hoc tertio principio præponuntur, quæstiones pręclariores sunt, examinandas & discutiendas proponere. in his enim* C *grauia & difficilia admodum versant Peripatetici, forma diuinum est principium à quo esse illud ita optatum & ab omnibus expetitum prouenit. nec enim caro vel os dicitur, nisi habeat carnis vel ossis formam* ἐντελεχεία *eius cuius est, caput & principium actionis, terminus ortus materia præclarior, & magis natura atque substantia, quare antiquos iure optimo Arist. 1. Metaph. & in 1. de Animalium partibus arguit, qui hanc formam vix quidem degustarunt. siqui autem à remotis viderunt accidens tametsi nobilissimum vlla ratione dixere: quam sententiam posteriorum quidam amplexi sunt, rationibus mea sententia valde imbecillibus, nullamq; firmitatem habentibus, vt separato loco nos demonstrauimus: nunc verò supponendum est formam fore substantiam, exemplar, atque rationem eius quod est quod quid. quę igitur de ipsa in dubium verti solent, nunc discutere & examinare iam tēpus est.*

De forma corporis substantiæ, deq; formarum multitudine in eodem D *composito, prima opinio Latinorum. Cap. I.*



Rimvm autem celeberrima se nobis illa de forma corporis substantiæ, deque formarum multitudine, disputatio discutienda se offert, quæ hincinde patronos illustres habuit philosophos, & rationibus, quæ magnam firmitatem habere videntur, firmata. simul autem has duas difficultates ea ratione excutere & disquirere in animo fuit, quoniam maxima idētitate affectæ sunt. fieri enim non potest, vt formam corporis fateamur, & formarum multitudinem & cōgeriem, tametsi multitudinem in eodem composito formarum fateri & tueri libenter possumus: formam verò corporis substantiæ vniuersalem negare, accedit quod rationes, quæ vnam probant, alteram firmare videntur, viceque versa: quare ęquo animo vtrasque simul aggrediemur, si quid alij de his prius senserint: deinde quid nos opinamur, adiiciemus, in medium afferemus. Latini igitur non nulli vtrasque enunciationes defendunt, & formam substantiæ corporis materiæ coęternam, vnamque numero ante dimensiones, quas supra docuimus,

 inter-

interminatas, confusam & indistinctam, vniuersaléque, quam & alio nomine eorum nonnulli formarum inchoationem nuncuparunt, vt infra docebimus, & plures formas esse in vno composito. quid autem ipsi velint per huiusmodi substantiæ corporis vniuersalem formam noscemus, si talis formæ allatas ab illis necessitates prius audiuerimus. asserunt ergo primam necessitatem materiæ fore coęuam, & coęternam, hanc indistinctam corporis substantiæ formam, vt creatio euitaretur. Illud enim creari dicitur, quod nihil illius pręsupponitur. porrò si hæc substantiæ particularis forma oritur & nil formæ huius præsupponitur, dubio procul creari diceretur: quare cum hoc à philosopho alienum sit, fateri nos (aiunt) oportet, pręexistentem formarum particularium, quæ impulsu agentium è potentia materiæ educuntur, ipsimet materiæ formam quandam confusam ac generalem, è cuius gremio formę istæ particulares agentium ope educantur: quare forma hæc particularis præsupponit vniuersalem ac confusam substantiæ corporis formam, alioquin si nil formæ generandæ supponeretur, crearetur. secunda necessitas est, vt materia prima, quæ adeo rudis, & sua natura ad recipiendas formas inepta est per hanc vniuersalem formam apta & disposita ad formas particulares recipiendas reddi posset. Tertia necessitas est ob interminatas materiæ magnitudines, quæ apud Auer. materię sunt coęuę & ęternę, & cum nullum accidens vnum numero ęternum apud peripateticos esse queat, nisi merito formæ: quare necessaria est hæc vniuersalis forma materiæ primæ coęua, atque pręcedens interminatam magnitudinem, cuius merito vna numero ęternitate gauderet: quid ergo sit hęc forma corporis, & quam ob causam ab his ponitur, manifestum est. percurramus ergo eorum rationes quibus hoc figmentum potiores quæ nobis tantum videntur, sibiipsis persuadent. philosophus ait 3. Cœli, sensibilium sensibilia sunt principia, corruptibilium forte corruptibilia. ęternorum autem ęterna. quæ verba explicans Auer. in cõm. inquit, propinqua, non autem remota talia principia fore intelligenda. remota enim non sunt sensibilia, vt prima forma, prima materia. per primam autem formã nequit Auer. (aiunt) intelligere nisi formam hanc substantię corporis vniuersalem, quoniam non magnitudinem, quoniam hæc accidens & sensibile cõmune est: forma verò substantiæ nequaquam sentiri potest. ad substantias enim non se profundat sensus: adhuc 2. Physic. inquit Auer. & forte intendit (exponens verba *philosophi*) quod forma dicitur duobus modis de habitu, & priuatione existente in prima materia. ista enim priuatio quodãmodo forma non est, priuatio simplex, imo est sicut forma à materia. ex quibus Auer. verbis liquido constat per priuationem quę est vt materiæ forma intelligere non possumus priuationem, quæ est carentia duntaxat, sed de ea quæ est quasi forma in materia, quę corporis est, hæc generalis, substantię forma, è qua omnes in lucem prodeunt ope agentis formę naturales 1. Diuin. inquit Auer. materia primo recipit formam vniuersalem, & postea mediante forma vniuersali recipit formas alias vsque ad indiuiduales: adhuc ex incorporeo non fit corpus vti Auer. in prima disputatione contra Algazelem, & in 12. Diuin. ex materia prima fiunt corpora, quare ipsa materia prima debet esse corpus, sed corpus, inquit, esse non potest nisi per formam, ergo in materia præerit forma, hæc vniuersalis & confusa. Rursus quicquid reperitur in toto est ratione partium cum totum nequit esse illud, nisi partes simul iunctæ. lapis autem est corpus, ergo hęc corporeitas in partibus illius debet reperiri. non autem erit in forma, quoniam forma indiuidua est. hæc autem corporeitas diuidua, ergo hæc corporeitas in materia erit. præterea 2. Diuinorum probat philosophus, in omni causarum genere vltimam causam inueniri nos oportet, ne in infinitum in causis esset abitio: quare prima forma æterna dari oportet, quæ nulla alia est, nisi corporis forma substantiæ. si autem his obiiceretur Auer. quem ipsi perditus insequuntur multis in locis, vt 1. Physic. In de Substantia orbis, in Auicen. determinasse hanc formam substantiæ corporis vniuersalem non reperiri in materia tum quoniam, inquit, omnis generatio foret alteratio, & nullam formam materia reciperet, nisi illa deperderetur, id generis plura alia in Auicen. dicit. ipsi autem respondent & aduersariorum argumentis satisfacientes, & discrimen Auicennæ, & Auer. ponentes his distinctionibus pręacceptis medium (aiunt) duplex est, quo res aliqua in subiecto recipitur, vel dispositiuum, quod, id est medium, quod est ratio, qua aliud recipit, ipsum autem non recipit. quemadmodum coloris spiritualis lumen, ratio est recipiendi, sed ipsum non recipit, alio modo receptiuum medium est, quod est ratio recipiendi, & recipit, vti est superficies respectu albedinis. sumunt verò aliud quod duplex est accidens terminatum & interminatum, quemadmodum

Marginal notes: Tex. 61. — Cõm. 15. — Cõm. 17. — Cõm. 63. — Section letters: E, F, G, H

A dum supra etiam nos docuimus. differunt autem hæc duo accidentia, siquidem accidens terminatum in ente in actu, prout est ens in actu, medium receptiuum recipitur, quo fit vt hac ratione terminatum vocetur. Interminatum verò accidens & in ente in actu & in ente in potẽtia recipi potest. in ente quidem in actu recipitur pro vt ens in actu, medium est quoddam dispositiuum, in ente autem in potentia, vt ens in potentia est medium receptiuum propter quod interminatum dicitur, qua ratione à forma substantiæ etiam differt, quæ in ente in actu non recipitur, nec vt in medio receptiuo, nec dispositiuo; petunt vlterius ꝙ si aliqua forma substantiæ est medium alicui subiecto dispositiuum ad hoc vt vel suam propriam recipiet operationem, vel aliquod accidens eidem proprium, hanc aiunt formam non esse propriam, & eidem specificam, quemadmodum enim medium risus dispositiuum est, oris humani dispositio, ideo non est forma hominis propria. his sumptis multæ inter Auicen. & Auer. ad formam corporis substantiæ notantur differentiæ. Auer. etenim voluit hanc substantiæ corporis formam medium esse quo materia recipit dispositiuum, non quidem receptiuum. Auicenna verò asseruit medium esse hanc formam substantię ipsi materiæ receptiuum, ob quod materia B in generationem, & corruptionem versatur, quæ sunt eius operationes, quod 1. Cœli (aiunt) Com. 2. Auer. planum fecisse. Rursus Auer. formam genericam corporis & tantam magnitudinem posuisse. Auicen. autem formam quidem specificam post dimensionem posuisse aiũt. in quem instat Auer. locis nuper contra Auicen. adductis. similiter his distinctionibus multas aduersariorum contra eorum sententiam euertunt obiectiones, quæ apud illos maiori otio petantur. pro hac sententia fortissimę etiam efficiuntur rationes. primo supponant ꝙ definitio motus 3. Physi. ab Arist. data competit etiam mutationi hoc est generationi, & corruptioni, vt Tex. 6. eodem libro Arist. manifestat. tunc arguunt, motus est actus entis mobilis, hoc est corporis, vt Græci interpretantur, ens enim quod mouetur solum corpus est, vt 6. Physi. patet. in potẽtia, quatenus potentia, generatio est motus, ergo est actus corporis quod mouetur. cui verò competit actus generationis, est materia, ergo materia est corpus. sed corpus intelligi non potest, nisi per formam aliquam per quam efficitur corpus, ergo datur forma hæc corporis substantiæ generica, atque vniuersalis. Ad hæc si non daretur hæc corporis forma substantię, C materiæ coęterna, tunc illud eueniret incommodum, quod aliquo temporis momento materia sine omni forma prorsus esset, cuius oppositum in 1. de Ortu & Interitu Arist. fatetur, & Tex. 27. retro nos docuimus. quod autem hoc consequitur, ita probatur. vno prius iacto fundamento, quod est Arist. 8. Physi. quod habet inter duos motus contrarios, necessario inter mediam Tex. 62. quietem fore, quod etiam probat in generatione & corruptione his verbis. quod itaque nullum quidem aliorum motuum contingat esse continuum, ex his clarum est. sunt enim omnes ex oppositis in opposita & motus & mutationes, quemadmodum generationi quidem & interitui sunt termini. & paulo infra, inquit, postquam probauerat in motibus. similiter autem etiam in mutationibus, quæ est etenim absolute generatio, & interitus, & quæ est in singulis opponitur ea quæ fit in singulis: Quare si fieri non potest, vt simul mutentur ea quæ sunt opposita, non enim continua mutatio, sed tempus intercedet. & reliqua, quæ sequuntur. in quibus Arist. demonstrat inter generationem, & corruptionem dari tempus medium quietis, in quo materia quæ est subiectum mutationis quiescat à generatione, & corruptione, tunc ita instamus, Corrumpatur nunc canis, materia quæ cani subijcitur, corrupta forma sua, non statim D suscipit formam aliam, sed in aliquo temporis momento quiescere debet, in quo nec sit sub forma corrupta, aut sub forma generanda, alioquin inter Ortum & Interitum quies media non daretur. in illo autem temporis monmento materia prima sub nulla forma erit. quare nisi daretur hæc forma corporis, quæ materiam semper concomitetur, atque ab illa vllo vnquam tempore possit separari, illius quod diximus, eueniret incommodum materiam sine forma prorsus in rerum natura reperiri. sunt verò qui huic rationi satisfacere credunt materiam in illo temporis momento in quo expoliata est omni forma substare formæ mixtionis, atque sic sine forma in rerum natura nõ reperitur. sed horum solutio purum est figmentum. nam capio portionem ignis qui corrumpatur in aerem, materia inter has mutationes contrarias sine forma prorsus erit, forma autem mixtionis ibi non est, cum ignis non sit mixtus, tametsi alteratus dicitur, quemadmodum & cætera elementa. formam tamen mixtionis ipsa elementa non habent, vt in 1. de partibus Arist. demonstrauit. Ad hęc forma hæc mixtionis corrumpitur, quare materia sine forma erit. horum ergo solutio vana est. Amplius, Philosophus Tex. 42. 43. 1. Physi. ex materia & forma omnia constare dixit, ergo quemadmodum ex materia æterna & & 44.

vna numero omnia conſtant, ita etiam ex forma vna numero & æterna conſtare debent. nam E
nec dici poteſt ex forma hac particulari & illa entia mundi conſtare. huiuſcemodi enim formę corruptibiles ſunt, ſed ea, quæ naturæ principium ab Ariſt. ponitur, ęterna eſt. oportet enim principia naturæ ſemper manere, hoc eſt, ſecundum Alexandri interpretationem æterna eſſe. nec mihi illorum reſponſio arridet formam naturę principium ſpecie & non numero eſſe æternam. quoniam ſimiliter albū & nigrum, dulce & amarum æterna ſpecie ſunt. Quare nullum foret diſcrimen inter principia naturæ ex quibus omnia fiunt, & ea quæ non ſunt principia.
Tex. 26. Rurſus 2. Phyſi. materiam ex his quæ ad aliquid referuntur Ariſt. vult, & alij formæ aliā dicit eſſe materiā. tunc ita inſtamus. datur materia cōmunis vna numero atq; æterna in omnibus naturæ entibus, ergo dari debet forma vt eſt principium naturæ communis vna numero exiſtens æterna, quoniam ſi vnum relatiuorum reperitur in natura, & alterum reperiri neceſſe eſt. præterea ſi hęc forma generica & vniuerſalis coæua materiæ non concederetur, tunc ex
Cōm. 4. materia nihil fieret, ratio 8. Phyſi. Auer. eſt, quando aſſerit, impoſſibile fore ex prima materia abſque forma aliquid fieri, eo magis ex eo quod nullo pacto eſt aliquod fieri nequit. Demum nulla ſpecies reperitur ſine genere, atqui datur forma ſpecifica à ſingularibus non ſeparata ſed F
in ipſis ſingularibus poſita, ſpecies enim hominis in his carnibus & his oſſibus eſt, inquit Ariſt. 7. Metaph. ergo datur forma generica & vniuerſalis in rerum natura tam & ſi à ſingularibus non ſeparata. Pręterea omne accidens datur in corpore habente formam, atqui magnitudo ineſt ipſi materiæ, ergo forma debet præcedere ipſam magnitudinem, vt in corpore ſun
Cōm. 4. detur accidens quemadmodum Auer. 2. de Anima declarauit. præterea, & eſt argumentum difficillimum, quod multa præclara ingenia turbauit, atquę noſtrum eſt. forma ſubſtantiæ corrumpitur, quemadmodum generatur, vt hæc canis vel leonis morticinia, omne autem quod corrumpitur, in aliquod corrumpi debet: tunc autem percontamur hæc forma in quod corrumpitur, vel in nihil, & hoc eſſe non poteſt. nam quemadmodum ex eo quod nihil eſt aliquid effici apud Ariſt. non poteſt, ita in nihil reſolui quippiam non poteſt vti 1. de generatione Ariſt. demonſtrauit, nec quidem in materiam, quoniam intelligi haud poteſt formam mutari in materiam cum actus in id quod eſt in potētia, mutari omnino repugnat. Item poſt formę corruptionem vel nihil vel aliqiud manet, non eſt dicendum ꝙ nihil maneat, quia hęc annihilatio impoſſibilis eſt. ſi aliquid, vel erit potentia vel actu. non actu, quoniam corrupta non foret. ſi potentia, igitur iterum rediret. eſſe ergo formæ quod corrumpitur in materiam non tranſit in nihil nec tendit, ergo dari oportet quandam formam vniuerſalem in quā eſſe iſtarum formarum abeat: nec quidem abſurdum eſt formam aliquam particularem mutari in formam vniuerſalem, atque genericam, quippe affinitas & ſimilitudo maxima eſt formarum mutua: Quare hæc corporis ſubſtantiæ generica & vniuerſalis concedi debet vna numero & materię coæterna. & quemadmodum ex ipſa omnes formę particulares educantur, ita in ipſam abeant, & corrumpantur. ſed hoc argumentum multas habuit illuſtrium virorū ſolutiones, quas quidem referre operæpretium eſt, tum vt argumenti robur appareat, cum etiam vt horum ſolutiones an Phyſicis principiis reſpondeant, videamus. aliqui ergo negant huius argumenti ſuppoſitum nempe formam corrumpi, atque aſſerunt ꝙ quemadmodum apud Ariſt. forma non generatur, nec materia vt 7. Metaph. teſtatur, ſed ipſum compoſitum,
Tex. 29. & 22 ita non corrumpitur forma aut materia, ſed ipſum compoſitum: Quare argumentum nullum momentum habere videtur, ſed horum ſolutio vana eſt. omne enim quod aliquo tempore non eſt, & poſtea eſt, generari dicitur, forma vero morticinia aliquo tempore non eſt, H
& deinde aliquo tempore eſt, ergo forma generari dicitur. Rurſus & id quod aliquo tempore eſt, poſtea verò nō eſt corrumpi dicitur. ſed forma hæc caduca aliquo tempore eſt & aliquo tempore non eſt, ergo corrumpi dicitur. præterea 1. Phyſi. Ariſt. formam fieri apertiſſime dicit. concedimus tamen ꝙ quod vere fit & corrumpitur, & à natura intenditur, eſt ipſum compoſitum. forma etiam fit & corrumpitur ad factionem & corruptionem totius, & hoc nobis ſufficit pro robore argumenti. Alij verò aſſerunt formam quæ corrumpitur in nihil penitus corrumpi. verùm diſtingunt de ipſa annihilatione ꝙ vel eſt annihilatio generis, tranſcendentis, vel non tranſcendentis, & hęc fieri nullo pacto poteſt. non enim totum ens aut animal vel planta annihilari poteſt, vel eſt annihilatio ſpeciei, quod nec etiam fieri poteſt, non enim ſpecies hominis aut capræ in vniuerſum ad nihil abire poteſt, vel tertia eſt in ipſum nihil abitio indiuidui vt huius canis, atque illius, & hęc in natura datur. atque abſurdū non eſt aliquod annihilari in indiuiduo, non autem in ſpecie aut in genere. abibit ergo forma quæ interit, non

A in materiam, nec in formam corporis vniuerſalem, ſed in ipſum nihil, ſed hæc ſententia vana eſt, etenim nō videtur maior ratio de eo quod annihilari poteſt, quam de eo quod creari poteſt. ſi ergo Ariſt. formam particularem ex nihilo poſſe fieri negauit, ergo & in nihilum eandem formam particularem poſſe reuerti negādum etiam illi eſt. Item peripatetici philoſophi alicuius formæ particularis ortum ex non præſuppoſita materia fieri hac ratione omnino negarunt, quia impoſſibilis eſt, factionis modus. foret ſiquidem mutandum abſque mutatione non verò reſpectu agentis, aut materiæ, quæ in hoc factionis modo non eſt, ex non præſuppoſita materia quidpiā fieri peripatetici negarunt. Quare annihilatio reſpectu modi mutationis in id quod nihil eſt, ſcilicet reſolui, non autem reſpectu materiæ, aut agentis, ipſos etiam negare operępretium eſt, Ad hæc 8. Phyſi. quando Ariſt. probat motum nunquam defecturum, ita ratiocinatur. Id quod corrumpitur in aliquod corrumpi neceſſe eſt, illud etiam vt corrumpatur neceſſe eſt, vel vt moueatur; Quare poſt motum motus erit, quemadmodum ante motum motus, hæc autem ratiocinatio vt ibi Themiſtius recte admonet, ſupponit id quod corrumpitur in nihil non abire, quemadmodum id quod motū pręcedit mobile ex nō Tex. 12. & 13

B præſuppoſita materia fieri pro impoſſibile ſupponit, & hæc ratiocinatio intelligi debet de interitu particularis formæ. harū enim ſolum ſunt mutationes, vt 1. Metaph. & in 1. de generatione patet. In quo etiam loco ſoluens difficultatem aſſerit, id quod corrumpitur in nihil nō abire. fineretur enim rerum Ortus & Interitus, ſed vnius Ortum eſſe alterius Interitum. præterea ſi natura in id quod non eſt & in nihil concederet formæ particularis abitionem, ergo & formæ vniuerſalis ſpecificę, & genericæ annihilatio in ipſa rerum natura inueniretur. ex particularibus enim vniuerſale colligitur. quare ſi hic ille atque ille canis annihilaretur, ergo in vniuerſum canis annihilari poſſet, quare exploſa ſatis eſt hæc ſententia. alij verò aſſerūt formam particularem quæ corrumpitur, in cōtrariam corrumpi formam. ſiquidem quod fit, ex contrario fit, & quod interit, in contrarium interit, vti 1. Phyſi. latè patet. Quare in materia corrumpi non poteſt forma, nec in nihil abire, aut in formam corporis vniuerſalem deſinere, ſed in contrarium corrumpi. verum hæc ſententia his lōge irrationalior videtur, vimq; & robur noſtræ difficultatis percipere non videtur. Quærimus enim eſſe formæ indiuiduę

C ſubſtantiæ in quodnam definit aut traſmutatur forma corrupta, quod in contrarium dici irrationale eſt. eſſe enim vnius oppoſiti vti ſunt ipſæ formę, in eſſe alterius oppoſiti tranſmutari non poteſt. quemadmodum quodlibet contrarium in eſſe alterius contrarij nunquam mutatur. calidum enim quatenus calidum nunquam recipit frigidum, aut in eſſe eius tranſmutatur, ſed aduentu frigidi ſi potentius eſt, abijt, & corrumpitur. materia verò & ſubiectum ipſius calidi recedente calido recipit frigidum, fitq; frigidum, atque ita ſi forma ſubſtantiæ vti canis in oppoſitam formam nempe vermis, vel cadaueris mutari non poteſt, ſed aduentu formæ vermis aut cadaueris, forma canis corrumpitur, atque abiit, materia verò quæ formæ canis, ſubſtabat, illa abeunte formam vermis aut cadaueris induit, atque recipit, nos autē percontamur eſſe formæ canis in quod abit, atque deſinit. Quare hi robur argumenti non percipiunt. pręterea ſcimus intellectum illius propoſitionis contrarium effici ex contrario vel vti poſt vt ex nocte fit dies, vel vti ex termino a quo, vt 1. de animalium genera. Ariſt. teſtatur: ita intellectus propoſitiones conuerſæ contrarium corrumpi in contrarium vt ſcilicet poſt vnū contrarium ſuccedit alterum, vt poſt calidum frigidum, poſt album nigrum, vel tanquam ex

D termino à quo, vt ex calido veluti ex vno termino à quo fit frigidum, velut alter terminus ad quem, quo modo nos non quærimus, ſed difficultas imminet in quod eſſe calidi corrupti deſinit & eſſe formæ canis corruptæ. Quare hi nihil intelligentes de propoſito argumento ea dicunt, quæ nihil ad propoſitū argumentū attinere vidētur. Alij verò aſſerunt formā corrumpi indiuiduam, non in materiam, aut in formam vniuerſalem, ſed in nihil, & non abſolute & ſimpliciter in nihil, ſed in nihil ſui. corrumpitur enim (aiunt) forma canis in nihil non ſimpliciter, ſed in aliquod quod nihil eſt formæ canis corruptæ. ſed hęc reſponſio nulla etiā eſt, atq; firmitatem aliquam habere non videtur. nam hoc aliquid quod nihil eſt formæ in quod corrumpitur forma, vel eſt ſimpliciter ens natura ſua, vel non ens natura ſua. hoc autem intelligimus non vt formam reſpicit iam corruptā, ſed ſimpliciter & natura ſua hoc aliquid quod nihil eſt formę, in quod ipſa forma corrumpitur, conſiderandum eſt. ſi eſt non ens ſimpliciter, ergo in nihil ſimpliciter forma ipſa definet: Quare patitur eaſdem anguſtias, quas ſuperior ſententia patiebatur. ſi verò illud ens eſt, vel ſubſtantia vel accidens, non autem accidens, quia loquimur de interitu formæ ſubſtantiæ, non autem ſubſtantia, quia illud nō ma

teria

teria aut compositum. esse enim formæ in esse materiæ, aut alterius compositi desinere non potest, quoniam vnum oppositorum in esse alterius non transit, atque mutatur. si autem forma vel erit particularis & indiuidua, & hoc eadem ratione fieri nō potest. quemadmodum supra diximus. si verò erit forma vniuersalis, habetur quod quæritur: Quare hęc solutio facere satis nullo pacto videtur. Alij verò asserunt formam substantiæ corrumpi, compositi inquam & mixti in formas elementorum. supponunt enim formam substantiæ fore compositam ex formis elementorum vniuersalissimis. quicquid autem ex aliquibus constat in ipsa resoluitur. quare cum forma compositorum substantiæ ex formis elementorum constet, in illas etiam resolui rationi consentaneum est. sed similiter hæc responsio nulla est, tum corruptio esset disgregatio, non autem interitus, cum etiam quod ego capio formam ignis, atque in quod corrumpitur, percontabor. in formas autem elementorum dici non potest, quandoquidem ex illis non est composita. vel ergo abibit in materiam, aut in formam particularem, aut in nihil: Quæ omnia fieri non possunt, aut in formam vniuersalem. & sic quod petimus, habemus. Amplius, ignis mouetur, ferturq; sursum; ergo in materia datur coæua vniuersalis forma substantiæ, id autem quod consequitur, vno prius sumpto probatur, quod est, in quolibet motu duo fore, alterum mobile, alterum autem mouens. id autem quod mouetur, materia esse non potest, quoniam motus in non tempore fieret, materia enim nulli resistit, cum potētissima sit pati. quod ergo mouetur, corpus debet esse 6. Physi. Arist. monstrauit in igne. ergo est id quod mouet, nempe forma sua. alterum verò quod mouetur, hoc autem quod igne mouetur propter id quod diximus materia simpliciter esse non potest: Quare erit materia cum ipsa forma vniuersalis, ergo datur forma corporis substantiæ vniuersalis: Ad hęc ignis est corpus, aut igni competit ob materiam, aut ob formam, non autem ob formam, quia forma impartibilis & incorporea est, vt 3. Physic. Arist. monstrauit: Quare erit merito materiæ. igitur in materia forma erit corporis substantia. præterea quodcunque prędicatum pluribus cōpetit, & non ratione illorum alicuius, competet illis, ratione alicuius communis. atqui corpus de categoria substantiæ cunctis naturæ entibus compositis competit, & non ratione alicuius illorum, vt per se patet, ergo ratione alicuius communis: Quare danda erit forma quędam corporis substantiæ vniuersalis, cuius merito reliqua entia sint corpora. Ab his autem qui hanc sententiam defendunt, plura argumenta afferuntur, quæ ab illis propriis in scriptis petantur. quæ verò retulimus, maiorem efficaciam ad hanc rem ostendendam, habere videntur. plures autem quàm vna, formas in vno composito fore hi etiam defendunt, quod multis quidem rationibus assequuntur. potiores verò hę sunt, quas nunc referre volumus. argumentantur igitur, tribus suppositis primo iactis, primum quidem est, quicquid inest homini per formam, qua est animal, illi inest secundum quod animal. secundum verò est ꝙ omne illud, quod inest homini quo est animal, inest omni animali: quod quidem nemo in controuersiam vocare ausus est. tertium, quod eadem forma esse non potest, quę tribuat homini formam specificam, atque genericam, eodem modo, sed vario modo, nam illa forma habet communiorem existendi modum. specialem etiam, à communiore verò genus sumitur, à speciali verò postrema differentia, hoc inquiunt fieri non posse, vt scilicet propter diuersos modos ab illa vna forma sumi genus & differentiam, sed vno modo esse debent. hoc verò tertium suppositum ita accipiunt, vt commodius absurdum quod intendunt, afferant. probant verò hoc sic. Isti modi aut sunt substantię aut accidentia. si substantię, vel forma, vel materia, vel compositum erit. duo autem hęc extrema materiam scilicet & compositum (ridiculum est) modos hos esse aiunt. si autem formæ sunt, habetur quod petitur, pluresq; scilicet formas in vno fore composito. sin autem accidentia sunt, hoc etiam à veritate valde alienum est. nam animal & rationale inessent ipsi homini per modum accidentis, quod quidem dicendum non est, nec cauillare poteris genus & speciem distingui solo mentis opere, quoniam ante omnem operationem intellectus homo est animal, & homo, & qua animal, & qua homo suas habet reales proprietates: quare aiunt id quod tertio loco supposuimus, verissimum est, nempe si ab eadem forma substantiæ peteretur differentia & genus hoc non esse secundum diuersos modos, sed secundum eundem modum. his itaque tribus iactis fundamentis, ita arguunt. Quicquid inest homini ob formam qua est animal, inest homini secundum quod animal, & consequenter inest omni animali vt per ea quæ supposuimus, patet, sed per aduersarium quicquid inest homini per formam qua est homo, inest ei per formam qua est animal, quoniam eadem est forma secundum ipsum per quam homo est homo, atque animal, modo videndi facultas inest homini secundum quod homo, ergo inest homini secundum

Tex. 69.

A secundum quod animal, quoniam eadem est forma hominis & forma animalis per aduersarium, ergo ridēdi facultas inerit omni animali, quare asino atque equo, quo nihil absurdius. Adhæc quæcunque sunt prædicata, quæ competunt vni, & adinuicem sunt distincta, quæ (inquam) prædicata essentialia sunt, in illo erunt formæ plures realiter distinctę. atqui in homine sunt multa prædicata essentialia realiter distincta, ergo in homine sunt plures formæ essentiales & realiter distinctæ. prima propositio probatur, quia prædicatum sumitur à forma eo maxime quod est in primo ordine eorum, quæ dicuntur per se, vt primo Poster. apud Aristo. patet. secunda propositio manifesta est, quoniam prædicatum generis & differentiæ sunt prædicata in essentia, quæ re distinguuntur, vt primo Topic. & 1. Poster. manifestum est: præterea illæ formæ seipsa diuersæ sunt, atque distinguuntur, quarum vna corrupta reliqua permanet, sed recedente forma hominis, vel corrupta forma equi, alia necessario manet, ergo plures in illo formę, ac diuersę sunt. secunda propositio ita probatur maiore existente per se nota, sit cicatrix in equo, quo mortuo ea in cadauere manet eadem. à quo autem mutari posset, non videtur, ergo forma aliqua manere
B etiam debet, cui inhæreat, atque innitatur. accidens enim materiam formatam exigit, cui inniti & consistere possit, vti Auer. declarauit secundo de Anima. pręterea si in homine vel equo vna duntaxat foret forma, tunc mortuo equo mixtum illud statim putrefieret, cuius oppositum sensibus est expositum: consequentiam verò ita probamus, quia putrefactio est mixti corruptio, vt quarto Meteor. Arist. demonstrauit. mixtum enim corrumpi nullo vnquam pacto potest, nisi putręfiat, ergo si mortuo equo mixtum illud statim corrumperetur, prius vt putrefiat, necesse foret, quare statim esset putrefactum, quod sensibus tamen repugnat. multo enim tempore mixtum hominis perducere potest in loco pręsertim frigido ab omni putrefactione immune. Multis pręterea Arist. sententiis, & Auer. rem hanc firmant, secundo enim Metaphy. abitionem in infinitum in formis negat, propterea quod in his quæ per se prædicantur, processus in infinitum non est: quare vult quod eorum quæ prædicantur in quid, diuersitas, inferat formarum diuersitatem. pręterea septimo Metaphy. disserens de definitione philosophus diuerso modo, quam in analiticis tractatum est, ostendit causam vnitatis diffinitionis compositę ex genere & differentia, inquit, quia inter
C omnes partes talis definitionis vltima differentia sola habet rationem formæ, & actus vltimi, & omnes pręcedentes sunt in potentia ad eam. quę explicans ibidem Auer. inquit, & intendit per hoc quod genus in re non existit in actu sicut materia, & illud quod est in actu, est differentia vltima. ex quibus verbis patet, quod si forma generis eadem esset cum forma speciei, tunc genus non esset in potentia respectu differentiæ, quę est forma speciei, & ipsum genus foret in actu in re, sicut differentia. Afferunt etiam multas Auer. sententias vti 1. Physic. primo etiam Metaph. & in tertio etiam eiusdem operis vbi Auer. apertissime fateri videtur plures formas esse in vno composito: alias verò, quas ipsi afferunt Auer. sententias, apud illos lectores boni consulant, quę forte multę adducuntur, quę in re proposita firmitatem nullam monstrant. hęc verò argumenta simul & philosophi sententias attulimus, quæ in re hac cæteris maiorem efficaciam habere videntur.

Secunda opinio Latinorum. Cap. 11.

D ALII verò Latini, quemadmodum est Beatus Thomas, huic sententię penitus refragantur, atq; illi toto cœlo opponuntur. formam enim hanc corporis substantiæ materiæ coæternam negant, pluresq; formas in vno fore compositο similiter non concedunt, sed vnius compositi vnicam duntaxat esse formam ab illaque cōtineri compositum quoduis aut perfectum aut imperfectum. in homine similiter qui cæteris animalibus multitudinem in compositione maiorem habere videtur, vnicam esse animam contēdunt. eorum hoc dictum prius prosequamur, nempe in vno cōposito vnicam esse formam. illæ enim rationes quæ hoc probant, etiam probare videntur formam illam vniuersalem purum esse figmentum. deinde rationes afferemus, quæ formam illam vniuersalem seiunctim & directe negare videntur. Beatus igitur Thomas multis locis pręcipue autem in proprio opere de formarum multitudine, *Opusculo 45.* istam formarum multitudinem oppugnat, eiusque rationes hę sunt. species entium sunt velut numeri 8. Diui. & velut figuræ 2. de Anima, ergo qua ratione posterior numerus continet *Tex. 10.* *Tex. 31.*

priorem

priorem numerum, posteriorq; figura priorem figuram, vt quaternarius numerum ternariũ, E
& quatrangulus triangulum, ita forma perfectior formę imperfectioris vim omnem continebit, ergo superuacanea est forma deterior, præsente perfectiore, quæ illius vim representare, illiusque opera præstare potest. quemadmodum superuacaneum (ne dicam ridiculum) est, si ego habeo, atque possideo numerum quaternarium quærere numerum ternarium, cum ibi continetur, & eo quod perfectius est, habito, habetur id quod imperfectius & deterius est. Ad hæc, fieri non potest, duas formas eiusdem generis physici simul idem subiectum perficere atque informare. atqui omnes formæ, quæ sunt substantiæ sunt eiusdem generis physici. ergo idem compositum atque subiectum plures formas substantiæ simul informare atque perficere fieri non potest, probat de eo primo minorem propositionem, à cuius probatione confirmabit facilius (vt ipse inquit) maiorem propositionem. Illa ad genus Physicum referũtur, vt 10. Metaph. patet, quæ in se se vicissim mutari possunt, communicant enim in materia, sed formæ ad substantiam pertinentes mutuo mutantur inter terminos à quo & ad quem, ergo omnes formæ substantiæ sunt eiusdem generis physici. quod verò inter has formas sit mutatio, quod iam assumpsit, ita probat. vnius generatio est alterius corruptio, nec accidens po- F
test esse terminus generationis, quæ ad substantiam pertinet, sed necessario est forma vera, quare vna forma orta, altera interit, quare inter has formas, quæ ad substantiam pertinent, est per se mutatio. similiter sensibus expositum est omnes formas substantiæ ad inuicem mutari. præterea confirmat eandem minorem propositionem, omnes formæ quæ habent idem subiectum, quod illas recipit, in eodem genere physico censendæ sunt, vt 5. Metaph. Aristo. monuit, manifestum est autem ꝙ omnes formæ substantiæ commune habent idem recipiẽs, nempe materiam, quæ ad omnes formas recipiendas est instituta, ergo omnes formæ sunt eiusdem generis physici. prętcrea vna forma ab alia continetur vt supra etiam monuit, quare ordine quodam prioris, scilicet & posterioris à primo illo quod in eodem genere cõtinetur, recedit: ergo omnes formæ, quæ sunt substantiæ, ad idem genus physicum pertinere videntur. probat verò deinde maiorem propositionem sic, quæcunque se se habent vt terminus à quo & terminus ad quem, illa sunt contraria, atque idem subiectum perficere non possunt, atqui formæ omnes se habẽt vt terminus à quo & terminus ad quem (loquor verò de formis quę sunt substantiæ, atque quę ad ipsam substantiam pertinere videntur) ergo non possunt G
formæ eiusdem generis physici idem subiectum informare, atque perficere. Amplius, omnes formę naturales habent idem proximum recipiens, nempe materiam primam, modo materia prima non potest duas formas simul recipere, quemadmodum idem locus duo corpora excipere non potest, ergo plures formas in vna materia simul recipi impossibile est. Ad hęc quęlibet forma proprias & peculiares dispositiones postulat. modo si duę formę simul forẽt, dispositiones vtriusque forent communes, & non propriç, quare quælibet forma propria prę paramenta non habebit. præterea quemadmodum idem simul calidum & frigidum esse nequit, neque angulis prędirum, & globosum, ita materia prima diuersas formas simul suscipere nõ potest. Ad hęc si duæ formæ vel plures possent idem subiectum informare, illud eueniret incommodum vt aliquod subiectum simul priuationem & habitum haberet, quod absurdum est. quod autem consequitur, probatur. forma enim deterior differt à forma perfectiore non specie positiua, sed priuatione. anima enim sentiens est priuata perfectione illa quę in anima intellectiua inest. similiter vegetatiua est priuata perfectione quę reperitur in anima sentiente. ergo si aliquod subiectum idem simul haberet animam sentientem, H
& intellectiuam, vel vegetatiuam & sensitiuam, priuationem & habitum simul iam haberet. sequutum est ergo absurdum, quod nos diximus. Ad hæc omnis forma, quæ est substantia, est natura, ergo erit principium motus: quare quicquid formam aliquam ad substãtiam pertinentem habebit secundum illam moueri poterit: idcircoque actu consistet & erit hoc aliquid, & manifestum est ꝙ huiuscemodi formæ causæ sunt, vt res sit substantia, quare causæ etiam erunt vt res consistat, & vt sit hoc aliquid, quemadmodum 2. de Anima Arist. testatur: quare erit, aliquod subiectum habens vnam formam per illam plane consistet, atque hoc aliquid erit, actuque per illam esset. Illi autem subiecto actu consistenti adueniat alia forma, hęc rursus illi rei subiectę vt tribuat, oportet actu consistere, quare illud vnum subiectum bis actu consisteret, essetq; bis substantia, bisque hoc aliquid, quo nihil absurdius. Demum posterior illa forma foret accidens, quicquid enim subiecto in actu consistenti aduenit, atque ad esse illius non conducit, quemadmodum est hæc posterior forma. habet enim subiectum esse per
formam

A formam priorem, atque per illam, quod quid habet, poſterior verò forma ad eſſe illius nil
conducit, accidens eſt, quare generatio foret alteratio. Multa verò Ariſt. teſtimonia, atque ar
gumenta ibidem Beatus Thomas affert, ad quę videnda lectorem mittamus. Alij verò Latini
hanc ſententiam tuentur his rationibus. Auer. in de Subſtantia orbis aſſerit vnum ſubiectum
habere vnam formam duntaxat, vna autem plures impoſſibile eſt. Nec valet aliquorum glo-
ſa de forma ſpecifica Auer. dictum intelligendum aiunt: quoniam 3. Cœli confitetur Auer. Cõm. 67.
plures formas in eodem compoſito fore in actu remiſſo, quemadmodum ſunt formæ elemen
torum, quæ mediam ſapiunt naturam ſubſtantiæ & accidentis, atque magis & minus ſuſci-
piunt, quare præter has elementarias formas, quæ remiſſæ ſunt in ipſo compoſito forma alia
ſpecifica afferri debet, quæ non intenditur, nec remittitur. prętèrea Philoſophus 1. de Ani- Tex. 90.
ma in Platonem inuehitur plures animas in vno compoſito aſſerentem. Ad hæc 8. Diuin. in Tex. 15.
eundem inuehitur Platonem, ſi alia inquit eſt idęa animalis, alia bipedis, non foret homo ab
ſolute & ſimpliciter ens vnum, quare opinatur ex his Ariſt. genus & differentiam vnam for-
mam referre, quare in vno compoſito vnica duntaxat forma. Rurſus ſi forma qua homo eſt
B corpus diſtat, ab ea qua homo eſt ſubſtantia, aut diſtabit numero, aut ſpecie, aut genere.
primum autem afferri non poteſt, corpus enim & ſubſtantia quæ de homine dicuntur, forent
numero diuerſo, quod valde eſt incommodum, nec ſpecie diſtare poſſunt, quia tunc huiuſ-
modi formæ in aliquo communi genere conuenire debent, vti forma hominis & equi, quæ
ſpecie diſtant, genus commune, animal habet. manifeſtum eſt autem ꝙ ſuperius genus ad
ipſam ſubſtantiam, & ad corpus afferri non poteſt, cum ſupremum genus ſit ipſa ſubſtantia,
ſupra quod non eſt aliud ſuperius genus, nec diuerſæ ſecundum genus eſſe poſſunt, quoniã
in diuerſis forent categorijs, ergo in vno compoſito, vnica duntaxat eſt forma. porro quomo-
do hoc fieri poteſt, in homine potiſſimum, vbi maior multitudo formarum videtur, explicãt:
cum enim iaculatum fuerit in mulieris vterum ſemen viri, temporis aliquo proceſſu educitur
à virtute informatiua anima vegetalis, atque tunc temporis viuit vita plantæ, vt 2. de genera. Cap. 3.
animalium teſtatur Ariſt. ſed inducta anima vegetatiua corrũpitur forma ſeminis atque eius
diſpoſitiones, & in ſemine illo vnica conſiſtit forma vegetalis. Demum adueniente anima ſen
C tiente interit vegetalis præcedens, & cum illa pereunt omnes ſuæ conditiones. poſtremo in tri
ceſimo vel 45 die deforis accedit anima intellectiua, atque in eius acceſſu interit, anima ſen-
tiens præcedens, & cum ea omnes ſuccumbunt diſpoſitiones, quare anima duntaxat vnica
intellectiua totum hominem perficiet, atque informabit. quare in vno compoſito vnica dun-
taxat extabit forma. Alteram verò enunciationem nempe formam corporis ſubſtantiæ purum
eſſe figmentum his rationibus fulciunt. quodlibet ſubiectum recipiens omnes formas ad
ſubſtantias & ad accidens pertinentes vniuerſales ac ſingulares expers & denudatum ab om-
nibus huiuſmodi formis ſubſtantiæ & accidentis, & his quę ſunt vniuerſales ac particulares.
atqui materia prima ſubiectum eſt recipiens omnes formas vniuerſales & particulæres ſubſtã
tiæ & accidentis, quare materia prima nullam debet habere formam, nec vniuerſalẽ aut par
ticularem, quare forma hæc corporis ſubſtantiæ communis vana eſt. prima propoſitio Auer.
eſt 3. de Anima, omne ſcilicet recipiens ab eo quod recipit denudatum eſſe oportere. ſecun- Cõm. 4. & 5.
da propoſitio eſt etiam Auer. 1. Metaph. ac 3. Cœli, & Ariſt. etiam 7. Diuin. non eſſe materiã Cõm. 17.
quid aut quale aut quantum, aut aliorum aliquod, quibus ens eſt determinatum, ſed poten- Cõm. 67.
D tia ad omnia. Ad hæc demonſtrat Auer. 1. Diuino. & 12. Diuin. materiam non eſſe genus, ex Tex. 7.
eo quia nullam formam ſibi peculiarem habet, quare forma iſthæc communis nulla erit. Cõm. 7. &
Ad hæc ſi materia aliquam in natura ſua clauderet formam, tunc foret ſecundum ſe nota, om Cõm. 14.
nis etenim actus vel habens actum ſua ex natura atque ſimpliciter notitiam parit, vt 9. Me-
taph. & 1. Phyſi. dicitur. eſt autem materia apud peripateticos ſua natura incognita, nota ſpu-
riaq; cognitione à Platone Timęo & Ariſt. cognita fuit, vt eodem 1. Phyſi. manifeſtum eſt:
Quare nullam habebit materia communem naturam. Sunt verò & alia argumenta, quæ hanc
rem firmare videntur, multæ etiam Ariſt. & Auer. ſententiæ, quæ omnia apud Latinos habe-
ri poſſunt. hęc autem, quæ retulimus, apud illos maioris efficacię exiſtimantur. quæ
omnia tametſi veritatem concludere nituntur, plane hanc formam eſſe
figmentum, tamen ſi res ex voto ſucceſſit vt illi arbitran-
tur, ego alias demonſtraui, at-
que infra mon-
ſtrabo.

M Opinio

E

Opinio tertia & quarta Latinorum. *Cap.* III.



4. sent. dist. 11. quæst. 3.

VNT autem & nonnulli, qui inter has positiones extremas mediam quandam sententiam amplecti videntur, quemadmodum est Scotus, eiusque asseclę. putant enim isti duas formas specificas vti formam equi, & formam leonis simul constare societatemq; simul habere non posse. vtraque enim istarum largitur esse integrè & absolutè. quo fit ꝙ si idem ambas formas haberet, bis ipsum fore accideret. accedit & illud ꝙ vna amissa adhuc per reliquam plane integre esse posset. præterea aiunt duas formas illas simul esse non posse, quam vna vicem alterius supplet, illiusque opera præstat. superflua enim est illa forma cuius munere altera fungi potest. ex his aliqua inferunt quibus à superioribus sententijs distare & conuenire videntur. asserunt enim in omni alio ente præter corpus animatum & organicum vnicā duntaxat consistere formam, vti in elemētis, atq, in mixtis inanimis, siue perfectis siue imperfectis, atque ob hæc differre videntur ab his peripateticis prioribus, qui formam corporis substantię in elementis reliquisque mixtis inanimis afferebant, conuenire verò atque coire cū ea sententia, quæ formam hanc substantiæ corporis destruunt. atque in vnico composito vnicā defendunt formam. asserunt insuper in omni mixto animato atque organico duas consistere formas, alteram mixtionis & quam organizationis formam nuncupant, alteram verò specificam atque propriam. & cum hæc proferant cum prioribus in vnico composito plures esse formas conuenire videntur, atque à posterioribus in vnico composito vnicam formam asserentibus distare ac differre videntur. horum verò dictorum ratio ex his, quæ ipsi afferunt, haberi potest. quoniam cum forma mixtionis representet quicquid formæ elementorum præstare possunt, omnemq; illarum vim in se contineat, sequitur vt in mixto inanimato vnica duntaxat sit forma, quare superflua erit in mixto inanimato aliqua alia forma præter specificam. insuper cum anima intellectiua secum afferat omnia quæcunque ab anima vegetatiua & sentiente proficisci possunt, iccirco in homine erit vna anima nempe intelligens. in brutis verò est anima solum sentiens, quoniam opera vegetatiuæ ipsa præstare potest, quare superflua est ipsa vegetatiua. in brutis igitur vnica erit anima sentiens, verum in mixtis animatis præter formas & animas proprias addenda est (inquiunt) forma mixtionis ab anima ipsa distincta, quoniam huius mixtionis opera ab ipsa anima præstari non possunt. quippe cum forma mixtionis per se quanta sit & grauitatem corpori præbeat ac mortalitatem, anima verò ipsa repugnat extensioni & grauitati. Insuper & rationale animal mortale est, quare non possunt opera formæ mixtionis exerceri ab ipsa anima vel sentiente vel intelligente atque vegetante, quare in mixto quouis animali & organico duæ erūt formæ, altera anima, altera verò forma mixtionis. hāc verò mixtionis formam vocant vt diximus formam organizationis, imo etiam cum in animantis corpore multæ partes organicę mutuo dispartitæ atque distinctæ prospiciā tur, his etiam omnibus suas proprias & partiales mixtionis formas tribuunt. Hinc etiam asserunt ꝙ forma corporis cuius merito corpus est in categoria substantiæ, non est forma simplex vti credidit Auicennas, sed forma quædam composita, atque ex pluribus formis compacta, quemadmodum forma, nāque per aggregationem multarum quæ ad substantiam pertinent, formarum, vti ossis & nerui, aggregatur, & isthęc forma (inquiunt) est organizationis. H qua quidem completa aduenit ipsi corpori animal, remanet verò hæc forma organizationis mortuo etiam animali, quemadmodum in ipso animalis corpore pręerat eius forma. etenim distinctio specifica earum quę ab ipsa specie, prout manant operationes, distinguitur ob species formarum quæ substantiæ sunt. atqui diuersæ sunt operationes, diuersaq; temperamēta carnis, & ossis, quare illæ etiam partes habēbunt formas substantiæ specie distinctas. hinc aggregatio omnium istarum formarum complet quandam formam quæ dicitur corporeitatis, & organizationis, quę in mortuo & viuo eadem numero inest animante. Amplius ita etiam hanc sententiam persuadent, Si canis de turri decidat, atque in medio itinere præfocetur & intereat, constat vnum fore motum. nulla enim in eo motus varietas deprehendi potest. ergo vnum etiam manere debet subiectum motus. ex primo enim de cœlo scimus vnitatem motus vnitatem mobilis requirere, viceq; versa, quare nulla alia forma ibi esse potest, præter formam organizationis, quæ ergo hi volunt, ex dictis patet. est autem & alia opinio aliorum, quemadmodum Ioan. Bacconitani, & eorum qui ipsum sequuntur, qui parum ab his

3. sent. dist. 19. quæst. vnica.

A ab his differre videntur, parum, inquam, quoniam hanc formam corporis concedunt distinctam ab anima intelligente, sed hoc duntaxat in homine, in cęteris verò entibus siue animis, siue inanimis vnicam duntaxat formam asserunt: & ratio istorum est, quia agens naturale non potest generare nisi corrumpat. vnius enim ortus alterius est interitus, vt 1. de Gener. patet: quo fit vt cum in cęteris entibus homine excepto agens naturale operetur, omnem formam præexistentem corrumpit, vt consequentem formam generare possit. in homine autem agens naturale disponit duntaxat & præparat: agens verò supra naturam, nempe Deus Opt. Max. operatur, animam rationalem creando, quare illam potest creare & inducere in ipso homine absque hoc quod corrumpat formam corporis quæ in homine ante rationalis animæ aduentum præexistebat: quare in solo homine duæ formæ simul esse possunt, vti forma hominis propria atque illa mixtionis: in aliorum verò entium natura in vnico composito vnica est forma. sed an hi rectè sentiant, & quæ dicunt, Aristo. mentem sapiant, sequenti capite docebimus.

B *Refelluntur omnes quatuor sententiæ Latinorum.* *Cap.* IIII.



SED HI omnes toto cœlo (vt aiunt) aberrant. vera enim non fatentur, atq; ab Arist. aliena sunt. & vt clarius horũ positiones euerti possint, tres enunciationes in medium afferre decreuimus, quibus, vt opinamur, firmissimis rationibus demonstratis horum mendacia manifesta erunt. prima igitur enunciatio erit forma corporis substantię, siue specifica, siue vt illi aiunt, coęua materiæ primæ figmentum est, atque chimera quędam à Latinis nulla ratione cogente excogitata. secunda enunciatio in vnoquoque ente composito pręter quatuor vocata elementa, plures esse formas arbitramur. tertia enunciatio forma illa mixtionis à Scoto excogitata nulla est, atque quę Bacconus somniat, vera sunt somnia. primam autem enunciationem multis viis demonstramus, & primo ratione formæ. nam ab his percontamur, hęc forma quam ipsi vocant corporeitatis, aut aliquid operatur, aut nihil. si nihil operatur, non erit forma. omnis enim forma est natura, vt 2. Physic. & 1. de Partibus constat:
C natura verò est causa & principium motus & quietis, quare si hęc non operatur, non erit forma nec natura. accedit quod aliquod frustratorium in natura foret. quare vt operetur, necesse est. tunc quęrimus ipsa est forma & operatur, erit natura, quare principium motus localis erit. quælibet enim forma substantiæ principium & causa est motus localis, vt 3. & 8. Physic. manifestum est: motus verò localis duplex est, aut circularis, aut rectus. principium motus circularis hęc forma esse non potest, quoniam soli corpori diuino competere apud Arist. 1. de Cœlo legimus: reliquis verò corporibus in orbem ferri natura nequaquã competit, quibus tamen competere debuisset si forma illa motus in orbem principium est. Illa, inquam, in cęteris entibus inexistente, quare principium motus orbicularis esse non potest, nec principium motus recti, quoniam vel deorsum, vel sursum, vel vtriusque esse debet. hoc autem tertium esse non potest, quoniam vni formę simplici competit vnus motus simplex, vti in 1. de Cœlo testatur Arist. quare aut lationem sursum operabitur natura. ergo illam deorsum pręter naturam. cuicunque enim latio sursum natura competat, ea quę est
D deorsum pręter naturam illi competet, viceque versa vt eodem 1. de Cœlo testatur Aristo. quare si lationis sursum erit secundum naturam, & eius quę est deorsum pręter naturam, tunc terra & aqua deorsum tenderent pręter naturam, quoniam haberet hanc formam reluctantem lationi deorsum, aut terra non esset omnium grauissima, vti ignis omnium leuissimus, quoniam in terra forma est hęc apud hos corporis substantiæ, quę ipsius refragatur atque resistit lationi deorsum, quod totum destruit Arist. 4. Cœli, cum omnium leuissimum ignem constituat, velut terram omnium grauissimam. eadem ratione eueniet, si lationis natura deorsum principium hæc forma ponitur, quod scilicet ignis præter naturam sursum tenderet, nec esset omnium corporum leuissimus, quemadmodum terra omnium grauissima. sed huic rationi quispiam ita satisfacere opinabitur, quoniam vti materia prima ipsa etiam existente natura principium est motus vtriusque scilicet & sursum atque deorsum: Ita hæc forma vtriusque superne scilicet & inferne lationis potest esse principium, alioquin eadem tormenta sequuntur asserentes materiam esse naturam atque principium motus, vti illos sequebantur, qui hanc formam ponebant. si enim principium motus deorsum

natura, erit ſurſum præter naturam, viceque verſa, & conſequenter elementa leuia vi tenderent ſurſum, aut grauia præter naturam deorſum, niſi eſſet, quemadmodum Auer. notauit 2. & 8. Phyſic. quod multum differt potentia actiua à potentia paſſiua. paſſiua enim potentia poteſt duos oppoſitos actus reſpicere, atque ad illos indifferens eſt, ſuaq; natura nec potius hunc actum quam illum recipere. ſi verò hunc potius quam illum actum recipit, merito eſt agentis præparantis potentiam atque diſponentis ad hunc potius quam ad illum actũ recipiendum. potentia autem actiua, quæ duos oppoſitos actus reſpiciat, inueniri in entium natura non poteſt. quoniam vel omnes ſimul producet, vel illorum nullum. quare huiuſcemodi agens otioſum in natura erit. ergo ſic potentia actiua inueniri non poteſt; quo quidem fundamento iacto, aſſerimus materiam ſua natura indifferens eſſe principium motus ſurſum atque deorſum. ſi verò principium erit motus deorſum, hoc erit merito formæ atque agentis diſponentis ipſam potius ad motus deorſum quam ſurſum. ſimile verò non eſt dicendum de forma, quoniam ipſa actiua eſt potentia, quæ duos oppoſitos motus reſpicere non valet. ꝙ ſi adhuc obijcies vni rei ſimplici vnus eſt motus ſimplex, nos hoc valere in principio actiuo reſpondebimus, non autem paſſiuo. atque de eo quod eſt in actu non de eo quod eſt in potentia. hæc autem ratio omnem formam corporeitatis deſtruit, ſiue ſpecificam, ſiue genericam, ſi mentis acie libratur atque perpenditur. Ad hęc ſi forma hęc ſubſtantiæ corporis daretur, tunc in vniuerſa entium natura nullum foret corpus, nullus foret motus, nullaq; foret entium multitudo. quæ omnia abſurda manifeſtiſſime aliquibus prius ſumptis deducentur. primum autem erit, ꝙ quicquid recipitur in aliquo ob aliquod medium recipitur in illo per naturam illius medij, vt 3. de Anima teſtatur Auer. aliud verò ſumendum eſt formam ſua natura fore indiuiſibilem vt 3. Phyſi. conſtat, atque materiam. ratio verò diuiſionis atque partibilitatis eſt ipſa quãtitas, vt 5. Metaph. & 8. Phyſi. Ariſt. teſtatus eſt, & nos prima ſectione multa de hac re docuimus. His itaque iactis ita argumentamur, trina dimenſio recipitur in materia apud hos per hanc formam corporis ſubſtantiæ, quæ impartibilis eſt, ergo impartibiliter hęc trina dimenſio recipitur. ergo id quod cõflatur ex materia & forma hac corporis ſubſtantiæ impartibile erit, quare non reſultabit corpus. corpus enim omne partitur atque ſecatur, vt 6. Phyſi. patet. ergo nec motus erit, quia omnis motus atque mutatio diuiſibilis eſt, vt eodem 6. Phyſi. teſtatur Ariſt. nec etiam multitudo entium erit, quoniã ſine partitione iſthæc entium multitudo eſſe non poteſt. hęc ſimiliter ratio, & genus & ſpeciei formam deſtruit. Amplius, illam formam Auer. corporis ſubſtantiæ coæuam materiæ deſtruit, quam Auicennas ponebat, vt 1. capite de ſubſtantia orbis patet, atq; 1. Phyſi. ſed Auicennas formam corporis ſubſtantiæ genericam ponebat, ergo hanc formam genericam ſubſtantiæ Auer. deſtruit, quare hæc forma non eſt apud Auer. quemadmodum multi qui eius doctrinam magnifaciunt, credunt. ſecunda propoſitio manifeſta eſt ex primo ſufficientiæ, vbi Auicennas formam genericam vniuerſalem atque confuſam materiæ coæuam ponebat. Item maiora hanc abſurda inſequuntur illos, qui formam genericam concedunt, quàm qui formam ſpecificam. ſunt verò hæc abſurda, quæ Auer. locis citatis contra Auicennam ponit, dari formam indiuiſibilem in materia, atque nullam aliam recipere illa priore non deſtructa. maius enim abſurdum eſt formam genericam fore indiuiſibilem, quàm formam ſpecificã: quoniam id quod magis accedit ad naturam materię, magis debet eſſe diuiſibile, quam id quod recedit ab ipſa materia. atqui forma generica magis accedit ad naturam materiæ, quam forma ſpecifica. vt 12. Metaph. dicit Auer. præterea ſiue generica ſiue ſpecifica ponatur hæc forma, illud eueniret incõmodũ, ꝙ materia ab Ariſt. cognita non fuiſſet. quod autem hoc conſequatur, ita probatur. quoniam illa per mutationem inueſtigatur 1. Phyſi. & 8. Metaph. atq; in libro de Subſtantia orbis, quod enim viciſſim formas diuerſas recipit, materia prima eſt ex qua res primo fiunt, ac conſtant. mutatio autem nos duceret ad iſtud compoſitum ex materia & forma iſta corporeitatis ſubſtãtia, quod eſſe compoſitum ex materia, nullo pacto cognoſcere poſſemus. quando quidem nõ mutarẽ ſed ſimplex quoddã arbitraremur eſſe. Amplius, omnis forma quæ eſt materiæ imerſa, æterna in numero eſſe non poteſt, atqui forma hęc ſubſtantiæ corporis à materia pendet, quare vna numero æterna eſſe nequit. hæc ratio omnem formam deſtruit ſiue genericam, ſiue ſpecificam. prima propoſitio apud peripateticos lucida eſt, quemadmodum 1. & 8. Phyſi. manifeſta eſt, & 1. de Cœlo Ariſt. teſtatur. Amplius, nullum genus eſt in actu extra intellectus operationem, vti Ariſt. 7. Diuino. in Platonem demonſtrauit. ergo non datur hæc forma generica in entium natura. ſed ſi quidpiam erit, merito intellectus erit. quare nequit eſſe coęua ipſi materię

Marginalia: Cõm. 48. — Cõm. 5. Tex. 69. Cap. de quãto. Tex. 82. — Tex. 22. — Tex. 63. — Cap. 2. — Cõm. 14. — Tex. 51. Com. 12. — E, F, G, H

A teriç & coçterna. vt ipsi arbitrantur. preterea genus non reperitur sine speciebus. hoc enim est eius quod quid. atqui forma hæc generica corporis substantiæ non habet species sub se, igitur figmētū est forma hæc generica. secūda propositio probatur. primo, quod hæc forma generica descenderet ad formas specificas, de quibus prædicatur per differētias. quare tunc ipsa foret composita, & etiam species formarum essent compositæ. quoniam quodlibet genus per differentias diuisiuas contrahitur ad species vti animal ad hominem, & capram, per rationale, & irrationale. similiter & species formarum haberent differentias per quas contrahitur genus. haberent etiam & ipsum genus, quarę. essent concretę substantiæ, non igitur forent formę simplices vti omnes fatentur. tùm etiam differentia illa per quam genus ad speciem cōtrahitur, esset forma, quare forma ad formā contraheretur per aliquam formam, quod omnē naturæ ordinem euertit. accedit & illud, quodlibet genus ex speciebus ope intellectus colligitur: non ergo genus aliquod sua natura subsistit. item, inquit Arist. aut genus est materia, aut nihil præter generis species. modo hoc corpus pro substantia non est materia, quoniam est cōpositum: nec generis species, sed aliquid præter has. ad hæc. quodlibet vniuersale aut nihil

B est aut posterius est singularibus 1. de Anima monente Aristo. sed apud hos forma hæc generis substantiæ prior est formis particularibus, quoniam antiquior & æterna est illis magis; ad hæc accedunt Auer. in Auicennam hinc inde sparsa argumenta omnem generationem esse alterationem, substantiæ formas esse accidentia, primum subiectum esse compositum & non simplex, quæ incommoda quanti sint momēti apud eos qui Auer. doctrinam magnifaciunt studiosi petant. præterea quod claudit formam prædicatur in quid. est enim forma subiectum vniuersalitatis & eius quod prædicatur 1. Cœli, & 12. Metaph. materia verò in quid nullo pacto prædicatur nec aliquo alio modo prædicationis, vt patet apud Auer. 1. Metaph. & apud Alex. 2. naturalium quæstio. ergo formam genericam non habet materia prima. ad hæc quodcunque ex materia & forma compositum, dissolubilę est apud peripateticos. omne enim tale nouum est apud illos vt Auer. 12. Metaph. testatur. ergo dissolueretur & corrumperetur hoc corpus substantiæ ex materia & forma conflatum. Amplius, Arist. 2. de Gener. & Interitu pro maximo in cōmodo & absurdo in quosdam veteresq; habet reperiri sublunare aliquod corpus

Tex. 8.

Tex. 95.
Cōm. 14.

Cōm. 18.
Tex. 20. & 30

C omnis qualitatis prorsus expers. huiusmodi autem esset hoc corpus substantiæ. nec enim calidum aut frigidum vel aliquod ex sensibilibus faciunt, sed his cū natura sit prius. longe diuersum ponunt. adhuc nulla esset Aristo. demonstratio eodem 2. lib. Ortus & Interitus, cū ratiocinetur, si materia, inquit, esset sine forma, tunc esset vacuum aut punctus. si autem (ut hi asserūt) verum esset materiam esse corpus, nunquam foret ipsa. vacuum corpus enim vbicunque ponitur latera facit distare. prętera Philosophus 5. Physi. generationem substantię de non subiecto in subiectum esse ait, materia. si materia esset corpus, ergo ex subiecto in subiectum foret mutatio, sic etiam esset & ipsa corruptio. ad hæc Auer. 8. Physic. & 4. Cœli asserit motum qui est in lapide longe differre ab eo qui est in animalibus. lapis enim ipse diuiditur in materiam & formam. animal autem in animam mouentem & in corpus quod mouetur; quare nullum foret hoc discrimen si in materia pręesset forma hęc generica. diuideretur enim lapis in formam mouentem & in corpus, quod conflatur ex materia & forma illa generica. prętera, Simplicius multis hanc opinionem insectatur argumentis 1. Physi. quæ ibi petantur. prętera, hęc sententia nullum habet veterum interpretum, hoc est Alexandri, Simplicij, Themistij,

Tex. 27.

Cōm. 28. & 30.
Cōm. 22.

D aut quempiam aliorum patronum, sed Latinorum purum esse figmētum videtur. ad hæc, esset aliqua compositio quam Arist. non cognouit. primam enim compositionem & materia, & qualitatibus elemētorum voluit vt 1. de Partibus & 2. de Ortu & Interitu manifestum est. quod idē Ammonius declarauit in cathegorijs. & hęc pro prima statuenda conclusione satis sint dicta. Secunda autem enunciatio probabitur tùm quando nostram afferemus sententiā, tùm etiam tertia sectione. nunc verò aliqua dicere non erit inutile. verissimam ergo sententiā illam statuamus, elementa in quolibet mixto fore & secundum formas & secundum qualitates, tametsi vtrisque remissis & perpassis. & Auer. 3. Cœli testatus est. quo fit vt in mixto primum inanimo, vt in lapide, sunt elementorum formę & qualitates. in actu illo tamen remisso præter formam lapidis, similiter erit forma mixtionis in lapide præter eius formam. & demū in omnibus alijs mixtis perfectis siue animis siue inanimis plures formas esse, mutuo tamen subordinatas & sibi ipsi non repugnantes. me tamen non latet hanc, quam nunc tractamus difficultatem, longe esse prępostia difficiliorem. sed quoniam testimonia Aristo. apertissima sunt, age aliqua illorum afferamus. Tertio Cœli asserit Philosophus elemēta peculiares figuras non

Cap. de quātitate.

Probatio 26. enunciationis.

Tex. 67.

non possidere quoniam omnes figuras mixtorum ipsa recipere habebat, merito omnium figurarũ expertia esse debebat. modo si elementa in mixto sunt penitus corrupta, quomodo mixtorum formas recipere possunt? se habent enim velut materia, quæ recipiens formas permanet, vti Aristo. ibidem affirmat. præterea comparat ibi Arist. elementa ipsi materiæ. quemadmodum enim materia actu existens, vt supra probauimus, formas recipit; ita elementa in figuris mixtorum recipiendis actu existere debent, & in initio mixtionis nequaquam corrumpi, alioquin hęc comparatio nulla foret. pręterea 1. de Generatione & Interitu ponit discrimen inter generationem & mixtionem, atque inquit, quod in generatione corrumpitur terminus à quo, in mixtione autem non corrumpitur, sed mixtio est elementorum. ergo elementa in mixto non sunt pęnitus corrupta; quare formæ eorum sunt in mixto. præterea eodem libro inquit, quod quæ miscentur hanc conditionem debent habere, vt postea possint separari. ergo in mixto non sunt corrupta. quę enim sunt corrupta, quomodo separari possunt? cum separatio eorum sit, quæ actu sunt. præterea, eodem libro definiens mixtionem, inquit, esse miscibilium alteratorum vnionem, ergo non corruptorum. Amplius, 2. de Generatione mouet difficultatem Philosophus dicens, si elementa manent in mixto. ergo esset compositio, si corrũpuntur mixtio esset corruptio. soluit dicens miscibilia corrumpi secundum excellentias eorum. manere autem remissè & castigatè. ad hæc patet ex definitione elementi multis in locis ab Aristo. tradita. elementum, inquit, esse ex quo fit aliquod cum insit. manifestum est autem quod si elementa corrumperentur non inessent. ea enim quæ corrumpuntur non sunt. præterea, hoc sensibus manifestum est. ignis enim agens in lapidem apparet aqua & terra. non ita tamen exactè aer & ignis, tunc quęrimus aut illa elementa erant in mixto aut sunt de nouo genita. si primum, habetur id quod intendimus. si secundum, tũc quærimus à quo genita sunt, aut ab agente vniuersali aut ab igne. primum afferri non potest. ad effectum enim particularẽ producendum præter causam vniuersalem particularis requiritur. 2. Physic. testatur Aristo. nec ignis esse potest, nam ignis non generat aquam sed ignem, quare elementa secundum formas in actu in mixtis esse oportet. deinde omnes philosophi formas sensibus absconditas, & abditas illarum operationibus & qualitatibus cognouerunt, atqui in mixto apparent operationes, & qualitates in actu formarum elementorum, ergo & in actu tametsi non integro, in mixto elementorum formæ esse debent. Secunda propositio inductione probatur, etenim in lapide, auro apparet frigus atque motus deorsum. ergo terra & aqua in pipere cęterisque aliis apparet caliditas, quare ignis, & sic cum in omnibus aliis mixtis appareant qualitates & operationes elementorum, ergo in omnibus mixtis elementa actu esse debent. nec autem obstat si dixeris aliam esse caliditatem in mixtis, aliam verò in igne, aliam similiter grauitatem esse in mixtis, aliam in terra, aliam in aqua. quoniam verus Iudex rerum tangibilium est tactus, qui ęque mouetur à passionibus & qualitatibus elementorum & mixtorum, quamuis ab illis elementorum longe magis, quoniam sincerę & non remissę sunt formæ & qualitates. in mixtis verò per passę & non sincerę sunt, magis tamen aut minus in specie differentiam non efficiunt. quare si in omnibus mixtis siue animis siue inanimis formæ elementorum actu permanent, vt iam probauimus, in omnibus mixtis plures esse formas, quod etiam patere potest in homine aĩaliũ nobilissimo, & notissimo. in ipso enim plures specie differẽtes manifestæ sunt operationes. ergo & plures in ipso esse formas ratione consentaneum est. hoc aũt sequenti capite docebimus. ad hęc, in obitu canis, aut forma, quã cadaueris nuncupãt, est genita de nouo, aut est illa quæ in cane viuo pręerat. si secũdũ dabũt, habẽt id quod intẽdimus, nõ primũ. quis. n. formã cadaueris de nouo generauit? efficiens. n. particulare quod maxime ad hunc effectum particularem producendum requiritur, hic nullum apparet. præterea quõ credi potest, aut imaginatione percipi in abscissione capitis, quę momento est, de nouo posse formam aliquam generari? cum omnem generationem præcedat alteratio, alteratio verò omnis in tempore fit, vt 6. Physic. patet. ad hęc illę quæ mutuo se ipsas conseruant formæ in alterius aduentu alter tam destrui persuaderi non potest, modo formæ hæ, vt vegetatiua, sensitiua, intellectiua mutuo se ipsas conseruant: quare fieri non potest vt aduentu sensitiuę vegetatiua deleatur. quo fit vt optime 2. de Animaliũ genera. & 5. eiusdẽ libri dixerit Arist. fœtũ prius viuere vita plãtę, deinde vita animalis, deinde vita hominis, postremo talis hominis apertissime. ergo plures formas hic fatetur Arist. adhæc definiens animã, asserit animam esse enthelechiam corporis Physici organici, ergo anima pręsupponit corpus Physicum & organicum. hoc autem intelligi non potest sine forma: quare plures formas esse in vno composito

Margin notes: Tex. 85. Tex. 84. Tex. vlti. Tex. 48. Tex. 26. Cap. 3. Cap. 1.

Margin letters: E F G H

A sito rationabilissimum est. Amplius si forma mixtionis ab adueniente vegetatiua corrumpitur, & vegetatiua à sensitiua, vel ista corruptio est à contrario, vel ad interitum subiecti, non secundum, vt etiam hi fatentur, quare à contrario, at sensitiua contraria non est vegetatiuę. perfectio enim quomodo suo erit contraria perfectibili? continetur verò vegetatiua sub sensitiua sicut trigonum in quatragono. Adhæc modus quo asserunt formam alterius formæ aduentu interire vt vegetatiua corrupta adueniat sensitiua, & illius atque sui ipsius munere fungatur fieri non potest. etenim 8.Physic.ab Arist. monstratum est inter duas oppositas mutationes intercedere quietem mediam, tunc ita instamus, vel eo momento quo interit naturalis anima, oritur sensitiua, vel alio & alio momento. si primum dabunt, quomodo Arist.sententia vera erit quietem nempe mediam intercedere inter duas mutationes oppositas? si alio atq; alio momento, quod secundum est, dabunt, inter duo momenta tempus medium intercedere necessarium est, vti 6.Physic. Arist.monstrauit. momentum enim momento nec continuum nec contiguum, nec id quod consequitur esse potest, quare aliquo tempore orta naturalis anima non protinus interibit, vt ipsi credunt. Accedit, quod corru- *Tex. 63.*
B ptionis terminus esset generatio. cum enim apud illos vegetatiua corrumpatur atque extemplo oriatur sensitiua, interitus prioris animæ terminabitur ad animam iam de nouo ortam, nempe sentientem. vlterius nec facile quidem est persuaderi, aut credibile esse vnam & eandem fore animam quę vegetat, sentit, atque intelligit. quæ enim specie, & genere mutuo distant. vegetare enim & sentire complentur organis, atque virtutes sentientes & naturales organis affixę ab illis remotæ nihil operari possunt, vti 2. de Animalium genere, multisque aliis in locis Arist. testatus est. Intelligere verò absque organo completur, intellectusque nullo organo affixa est virtus, vt 3.de Anima testatur Philosophus. In vnum numero coalescere non possunt, quare vna numero anima vegetare, sentire atque intelligere nullo pacto potest. ergo plures animas in vno composito fateri necessum est. Pręterea, in Arist. 6.Ethic.legimus, duas esse animas in homine vti sentientem, atque intelligentem, quemadmodum sequenti capite abunde docebimus, atque tertia hac sectione multa erunt absurda quæ Latinos sequuntur à nobis afferenda, vsque ergo ad illud tempus differatur. tertia verò à nobis pro- *Cap. 3.* *Tex. 6.*
C posita in Latinos enuntiatio ita monstratur. primum verò Scotus sibi ipsi non constat, nec vera fatetur. sibi autem ea ratione non constat, quoniam duas formas specificas idem subiectum informare, esse non posse ait. postea verò concedit in homine & in animato mixto duas esse formas: nempe formam, quæ anima est, & formam mixtionis, atque quam ipse vocat organizationis. ambas verò has diuersa esse constituentes, quoniam mortuo animali, remanet esse cadaueris, quod ab ipsa mixtionis forma ortum habere dicit. quare apud ipsum fieri non potest etiam vt hæc sit forma mixtionis. constituit enim esse vti forma animalis: duas verò formas spęcificas in vno subiecto posse constare negat, ergo & in homine, cęterisq; animatis mixtis hęc forma mixtionis figmentum est. Illud verò quod ipse etiam excogitauit huic rationi quidpiam officere non potest, cum asserat, mortui animalis inde corpus quod cadauer esse dicimus substantiam non esse, & consequenter non reperiri in cathegoria substantiæ, sed partem fore substantiæ, atque in substantiæ cathegoria esse (vt inquit) reductiue, hoc, inquam, nihil est. corpus siquidem animalis mortui non est aut materia, aut forma. quare non erit pars substantiæ. materia enim & forma partes substantiæ apud Peripateticos *Tertiæ enuntiationis monstratio.*
D dicuntur. ipsum autem cadauer materia non est, cum illa velut corpus animalis mortui in entium natura reperiri non potest. cum forma enim perpetuo subsistit. eçonuerso quoque forma ad ipsam materiam. Adhæc conflatum est cadauer ex genere & differentia, ergo sub ipsa substantiæ cathegoria per se non autem reductiue, vt dicit, erit. Demum, ponit cuicunque animantis particulæ propriam, peculiaremque mixtionis formam, & postea ponit vnam aliam toti corpori singulisque eius partibus communem vnam aliã formam mixtionis atque omnibus illis esse dantem, quare sic erunt bismistę, bisq; organizatæ animantis partes. Præterea totum nil aliud est apud illustres peripateticos nisi quæ simul coalescunt partes, ergo citra peculiares ꝓpriasq; animantis corporis partium mixtiones aliam communem & vniuersalem mixtionem ponere superuacaneum est. Adhæc forma hęc mixtionis & organizationis figura est, quæ apud Arist.in quarta specie qualitatis reperitur. ergo substantiæ forma esse nõ potest. Præterea sensibus expositum est fructum aliquem vti ficum vel piper dum in arbore sunt (concoctis maturisque illis existentibus) odorem, & saporem habere, quem eundem talem illa excerpta possident, hoc verò à propria forma, & non à forma mixtionis haberi ratio-

ni

ni consentaneum est. Præterea, nec verũ dicit. etenim probatum est supra quatuor primis mũdi elementis exceptis, in omnibus alijs mixtis, siue animis, siue inanimis plures inesse formas, quemadmodum sunt illæ elementorum formæ, quas cunctis mixtis, cuiusuis generis actu inesse probauimus, quare præter animata corpora plures reperiri possunt formæ, quod Scotus negauit; ad ea verò quæ Bacchonus asserit, ex dictis satis commode cõfutari & refelli possunt, vnum verò in sua sententia annotatione est dignum, non semper generans naturale vt prius corrumpat necesse est, sed illa duntaxat corrumpere oportet, quæ sibi pro noua forma educenda sunt impedimento, eam verò quæ ipsum ad nouam formam inducendam agẽtem naturalem adiuuant, tantum abest vt ab ipso deleantur, ꝙ etiam foueantur atque seruentur, vt ex Themistio in 3. de Anima, paulo inferius docebimus, longe fusius in tertia sectione. prætermittendum verò nec illud est, ꝙ Bacchonus pro cõstanti illud asserat apud Arist. animã rationalem ex nihilo à Deo opt. max. creari, quod nedum dubium apud Arist. est, sed nec ipse hanc veritatem videre vnquam potuit. quare Latinorum sententijs explosis atque reiectis, ea quæ Arist. de hac re sentit, tempus iam in medium est afferre. E F

Opinio propria. *Cap.* V.



ÆTERVM tempus est peripateticam sententiam de hac cõtrouersia in medium afferre. asserimus itaque nos formam illam quam Latini corporeitatis vocabant, materiæ primæ coęuam non esse necessariam, quinimò inutilẽ, & naturæ ordinem peruertentem. sufficiens enim est materia prima quæ omnem habet ad formas recipiendas habilitatem, quamobrem indeterminata 4. de animal. genera. ab Arist. dicitur, & nos retro multa docuimus, vt Cõm. 18. ex ipsa impulsu agentis formæ naturales educante, quare optima sanè ratione ductus 12. Diuinorum dicebat Auer. omnes naturales formas in materia potentia contineri, in 1. autem mouente actu & Aristo. 1. de Generatione & Interitu. 7. Diuin. docuit. quod quidem magis esse puto manifestum, quàm quod probatione aliqua indigeat, & propterea aliquam ex nihilo generationem ponere in Arist. philosophia non cogimur. plures autem (exceptis vocatis elementis) in omnibus aliis mixtis esse formas declaremus, corpus omne, & maxime sub Luna aut simplex est, aut mixtũ. simplex aũt corpus illud esse dicimus quod ab vnica cõtinetur forma vti terra, ignis & alia huius generis. mixtum & non simplex corpus illud est, quod essentiam plutibus formis concretam, atque compositam habet. quò fit nisi fateamur plures in mixtis fore formas, nulla esset differentia inter corpus simplex & mixtum, ambo enim hæc corpora ab vnica continerentur forma. quod quidem Auer. aduertit 3. Cœl. Item corpora simplicia ab alio mouentur, ab eo inquam vel quod ipsa generauit, vel quod impediens aliquod remouit 8. Physi. teste Arist. corpora verò animata ex seipsis cieri possunt. huiuscemodi autem corporum in motu discriminis ratio eodẽ 8. Physici auditus ab Auer. assignatur, quoniã corpora simplicia non habent motorem separatum à motu, quò fit vt ex seipsis cieri nõ possint. corpora autem animata diuiduntur in motorem, & in id quod mouetur, quare ex se ipsis moueri possunt, soluens ibidem Auer. contra hanc rationem instantiam quæ ita est. corpora simplicia coalescunt ex materia & forma, quorum alterum re, atque ratione ab altero seiunctum est, quare in corporibus simplicibus id quod mouet aliud esse ab eo quod mouetur videtur, inquit nequaquam hoc esse verum, quod ratio demonstrare nititur. etenim tametsi in materiam & formam diuidantur simplicia corpora, materia prima tamen non est existens in actu. illud verò quod ex se mouetur diuiditur in motorem, hoc est in animam mouentem, atque in id quod mouetur in actu existens. quod quidem corpus est animantis. in actu verò quidpiam existere non potest nisi per formam: quare in hoc corpore mixto animato præter animam alia est forma, quo circa verissimum illud quod diximus est in corpore mixto atque animato plures esse formas, nec verò te conturbet si Auer. ibidem exemplum afferens de lapide negare videtur in mixtis duntaxat inanimatis plures esse formas. hoc autem quomodo intelligatur, paulo inferius docebimus. Illud etiam quod maximum est prætereundum nõ est, formarum aliquas esse specificas, à quibus specificæ emanant essentiæ, vt forma equi & forma leonis. & hæc simul cohęrere, atque idem subiectum informare nõ possunt, sunt enim mutuò sibi ipsis opposite merito priuationum quę illis admixtæ sunt, sibiipsisque mutuo pugnant ac certant. euenit & illud reliquam formam fore accidens. adueniret etenim enti in vltima

Cõm. 67. Tex. 32. Cõm. 30. G H

specie

A ſpecie conſtituto atque ſpecifico in actu exiſtenti. illud etiam nec fugeretur his non minus
incommodum, eundem effectum à duabus ſpecificis cauſis ęquè primo concurrentibus ema-
nare; quare intrepide fatendum eſt in nullo ente ſiue ſimplici ſiue mixto plures formas hu-
ius generis nempe ſpecificas eſſe poſſe, ſed in vnoquoque corpore ſiue ſimplici ſiue mixto &
compoſito vnam duntaxat eſſe formam ſpecificam atque vltimam. & ita omnes ſiue Ariſt. ſiue
reliquorum interpretum vti Alexandri, Simplicij, Themiſtij, & Auer. ſententiæ intelligun-
tur, cum aſſerant vnius cuiuſque entis vnicam eſſe duntaxat formam intelligimus ſpecificam
atque vltimam, in eſſeque ſpecifico & vltimo rem illam conſtituentem, alias verò eſſe formas
quarum prior poſteriorem aduenientem benigne ſuſcipit, eique præparamentum exiſtens à
qua perfectionem recipit, mutuoque ſe conſeruant atque fouent, & has ſubordinatas, ad rei
naturam ſpectantes potius, quàm ad vocabulum Latinum appellamus, huiuſque generis for
mas plures in vno eſſe compoſito experientiæ & rationes comprobarunt atque comproba-
bunt, modum autem quo huius generis formæ ſimul cohæreant & in vno ſimul ſunt com- Cap. 17.
poſito ſatis perbelle 3. de Anima explicauit luculentiſſimus Themiſtius his verbis, ſanè ordo na-
B turæ & proceſſus hic eſt vt reſpectu inferiorum ſuperioribus vice formarum vtatur, reſpe-
ctu ſuperiorum inferioribus loco materiæ, ſummam verò & ſupremam formarum intellectū
agentem conſtituit, quo ſimul atque progreſſa eſt receptui canit, in eoque, finem quaſi extre-
mam manum imponit, ſiſtit, vt potè quę nullam formam ſuperiorem aut nobiliorem habe-
ret, cui loco materiæ ſubiiceret intellectum agentem. quo fit vt ex huiuſmodi Themiſtij ver-
bis duo nobis vtilia colligimus. primum quidem eſt, plures eſſe formas in vno compoſito,
quod Lucidius eodem libro plerũque ipſe confirmauit. alterum verò eſt, modus quo plures Cap. 14. 15.
formæ eſſe queunt in vno compoſito. forma enim vna prior vti mixtionis ſi comparatur ad ip & 37.
ſam materiam forma dicitur atque ipſius perfectio. ſi verò comparatur ad animam vegetati-
uam ad inſtar materiæ ſe habet. ſi verò hæc vegetatiua refertur ad formam illam mixtionis, for
ma dicitur, atque ἐντελέχεια. ſin autem ad animam ſentientem conferatur ad inſtar materię
ſe habet. eodem modo ſentiendum eſt de anima ſentiente & rationis compote, quam ſenten-
tiam etiam firmauit Auer. 1. Phyſicæ auſcultationis, cum aſſeruit, quę ſunt præter primam ma Cap. 1.
C teriam & vltimam formam ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ, hoc eſt, omnes for-
mæ quæ ſunt in aliquo compoſito præter vltimam formam ſcilicet ſpecificam, atque primam
materiam ſunt formæ compoſitæ & materiæ compoſitæ, hoc eſt reſpectu nobilioris formæ
ignobilior forma materia dicitur, reſpectu verò materiæ forma dicitur, huiuſmodi autem for
mas noſtrates Latini inſulſis quidem verbis rei naturam explicantibus formas materiales, &
materias formales nuncupare ſoliti ſunt. Philoſophus etiam Politicorum 7. atque 4 Cœli, id Cap. 4.
quod eſt ignobilius atque deterius ſubire rationem materiæ, id verò quod eſt nobilius ratio-
nem formæ; ſed dubitabit aliquis, idem nequit eſſe materia & forma, quoniam repugnat ma
teriæ agere & actui pati ex 1. de Genera. & Interitu. qua ratione 3. de Anima, adinuenit Ariſt. Tex. 55.
intellectum agentem. in quacunque enim natura ſi datur vnum quod patitur & aliud quod Tex. 19.
agit afferri oportet, quare non eſt rationi conſentaneum quod vna ſimpliciſſima forma, materia & forma dicatur. Amplius, formæ non eſſent ſimplices, ſed ipſę ex pluribus materiis &
formis conſtarent, an autem iſta non congruunt? vna enim met res vnius reſpectu nequit agé-
tis & patientis ſubire rationem. vt autem ad diuerſa comparatur vtriuſq; agentis & patientis
D virtutem ſubire nil prohibet. velut cœlum ſi ad intelligentiam mouentem comparatur ſubit
rationem mobilis atque materiæ, ſi verò ad quatuor elementa, ad huncq; mundum inferiorē
forma atque efficiens mundi 1. Meteororum, formas verò compoſitas etiam fatemur per ſimi
litudinem, quemadmodum aer medius dicitur inter aquam & ignem, ita medię illę formæ cō
paratione materiæ formæ dicuntur, comparatione verò vltimæ atque ſpecificæ formæ mate-
riæ nuncupantur. Ex his itaque omnibus patere poteſt formas has medias atque ſubordina-
tas plures in vno compoſito eſſe poſſe, non autem illas ſpecificas atque vltimas; & ne locus
dubitandi candidis philoſophiæ lectoribus relinquatur, age exactius rem hanc manifeſtemus
inductione in omnibus entibus, prima quatuor vocata elementa, vt terra, aqua, aer & ignis vt
ab ipſis exordiamur conſtant ex materia prima & vnica duntaxat forma, quæ manifeſtatur vna
quatuor oppoſitionum qualitatum vel calido ſicco vt ignis, vel calido humido ut aer, vel fri
gido humido vti aqua, vel frigido ſicco vt terra. nullam enim aliam compoſitionem 1. de par-
tibus animal. & 2. de Ortu & Interitu cognouit Ariſto. in elementis, niſi ex prima mate- Tex 6 & 8.
ria atque contrarietate. dico autem non quod qualitates elementorum ſint eorum formæ, & 32.

ſed nobis explicant atque manifeſtant eorum formas dum elementa mutua actione & paſſione afficiuntur. grauitas autem & leuitas illas explicant, vt ſunt mundi principes partes & ſitum in ipſo habent, quòd verò qualitates primæ elementorum non ſint eorum formæ nos pluribus philoſophi ſententiis & rationibus ſeparato loco docuimus: nunc verò ſufficiat Ariſt. vna ſententia, qua 2. de Gener. & Interitu in Empedoclem probat primas qualitates formas elementorum non eſſe, ſed inſtrumenta quemadmodum ſerra ad lignorum ſectionem, quam ſententiam ante me vidit Simplicius in 2. de Anima. quod verò graue & leue nec formas eſſe elementorum manifeſtum eſt ex Ariſt. 2. de Gener. & Interitu, & 1. de Animalium partibus, quare id quod diximus verum eſſe ex dictis patet. ſed obiicies, elemẽtorum actiones ſunt notæ, ergo & eorum formæ, quare elementorum formæ non ſunt nobis abditæ & abſconditæ, vt dicebamus; niſi eſſet multa in entium natura eſſe entia quorum operationes manifeſtæ nobis ſunt, eorum formis abditis atque latentibus, vti operatio rheubarbari atque ſcamonei: nempe eductio bilis nobis manifeſta eſt, eorum tamen formis latentibus & equi atque canis operatio nobis manifeſta eſt, vt illud hinnibilitas. huius autem latrandi poteſtas atque ipſum latrare eorum formis nobis latentibus, multa alia mundi entia hoc manifeſtant, quin forte & omnia cum omnium forte vltimæ differentiæ nobis abditæ ſunt, atque in huiuſmodi entium definitione loco formarum nobis abſconditis, licet vti propriis quod apertiſſime docuerunt Ariſt. & Auer. 1. & 2. Poſter. quam ſententiam ſequutus eſt etiam Galenus 1. & 2. de elementis cum dixerit vnumquodque elementorum ex materia prima & ſimplici contrarietate conſtare. In mixtis verò quæ ſunt inanimata vt aurum, ęs, & argentum plures ſunt formæ, vt elementorum formæ refractæ atque remiſſæ. præter has autem forma eſt mixtionis, atque hęc hoc modo à Themiſtio ordinantur, vt formæ elementorum remiſſæ & perpaſſæ ſe habent vice materiæ reſpectu formæ mixtionis. vt autem referuntur ad materiam formę & ipſæ ſunt: quod verò dicimus naturæ principiis conſentiens eſt: aurum verò vel aliud aliquod metallum aut foſſile dum eliquatur elementa ſeparata in ipſo conſpiciuntur, ac præter has elementarias & fractas formas forma eſt alia ipſius auri, vti eius temperies quæ vel eſt eius forma vel ſaltim formæ inſtrumentum. In mixtis verò animis quæ vegetant ſolum inſunt formæ elementariæ in actu, ſed illo remiſſo & perpaſſo & ab his alia forma eſt reſultans mixtionis & præter has forma eſt vegetatiua quæ conſtituit plantam. In mixtis verò animatis & ſentientibus, vti brutis, plures etiam inſunt formę & longe plures vti formæ ſunt elementariæ, forma mixtionis, anima vegetatiua, & præter has anima ſentiens. In homine autem quo cunctis aliis in natura rebus animal longe pręclarius & longe nobilius eo illis abundat pluribus formis. In ipſo enim reperiuntur formæ elementariæ, forma mixtionis, anima vegetatiua, anima ſentiens quemadmodum cogitatiua, quæ apud illuſtres Peripateticos vt Theophraſtum, Simplicium, Themiſtium atque Auer. ipſum hominem informat, eique eſſe hominis præſtat, intellectus vltima his & præſtantior forma hominem non informans, ſed vnus orbi humano aſſiſtens vti nauta in naui. 2. de Anima. vniuerſalium intellectionem prębet immortalis & ęternus vtraque ex parte apud Ariſt exiſtens. ſed quiſpiam dubitabit ſi in homine tot ſunt formę, eueniret vt homo vnus dici non poſſet. à qua enim illarum habet vnitatem difficile eſt reperire. quęlibet enim forma propriam vnitatem affert, quò fit vt homo non poſſit dici vnus: niſi eſſet quod homo multa habet eſſe & illa non ab vnica forma, ſed à pluribus formis, primum eſſe eſt vt in rerum natura appareat, atque ſit, nullumque opus viuentis operans, atque hoc eſſe habet à forma elementorum: aliud verò eſſe habet homo quo motum vnum euadit corpus, atque hoc habet à forma mixtionis, ob quam cum lapidibus reliquiſque inanimis conuenit. Aliud verò eſſe habet, quo vegetat, atque animans nutritiuum dicitur, & hoc ab anima vegetatiua, quo etiam conuenit cum plantis: habet verò & aliud eſſe quo ſentit & illud ab anima ſentiente quo conuenit cum brutis. Ab intellectu verò nullum eſſe hominem habere Ariſt. ſentit, ſed ſolum operari quamuis hoc falſiſſimum ſit, quoniam repugnat veritati hoc eſt fidei noſtræ catholicæ, qua ratione mentem Ariſt. falſiſſimam hic eſſe teneo, cum fides catholica & Romana Eccleſia ſit in oppoſitum, cui me libroſque meos & dicta omnia ſummitto ac ſummittam, quemadmodum ſummiſi. ſed iucundum videtur diſputationem de mente Ariſt. hic aggredi. non deſunt autem Peripatetici nonnulli contendentes hanc non eſſe Ariſt. mentem: age verò illam lubentius aggrediamur, prius difficultate ſoluta illa quam propoſuimus quæ ex dictis patere poteſt. homini enim multa ſunt eſſe. vnumquodque autem eſſe ab vnica forma procedit

Marginal notes: Tex. 53. & 54. & 55. — Tex. 8. Cap. 1. — Tex. 2.

Margin letters: E, F, G, H

A cedit quare & vnitas. vnum enimmet esse ab vna forma procedit 2. de Anima, Arist. teste, quò fit vt in homine multę sint vnitates. quando enim percontaris à qua forma homo habet vnitatem, rogabimus te prius quam vnitatem in homine petis vel qua est, & sic à forma habet elementorum, vel qua est vnum corpus mixtum, & sic vnitatem habet à forma mixtionis, vel qua est vnum nutriens, & hoc modo à virtute naturali, vel qua sentiens & qua homo, & hoc à virtute cogitatiua à qua esse hominis specificum prouenit, atque per ipsam homo est id per quod est homo & vnus homo, quæ anima cogitatiua non excedit gradum sensitiuum, quamuis cęteris sentientibus longe sit pręclarior, quemadmodum 3. de Anima testatur Auer. Ab ipso autem intellectu, qui est mens separata & vna abstractarum intelligentiarum homo non habet esse vnum nisi velis dicere ex homine à cogitatiua informato fieri vnum operatione, quemadmodum ex orbe & intelligentia fit vnum & verius vnum quàm ex materia & forma, velut Auer. 3. Cœl. testatus est. vnum ergo hoc operatione vocabitur, non autem vnum esse. supponatur autem nunc intelligentiam orbem non informare, vt in commentarijs de cœlo docuimus. sed multi sunt qui ex peripateticis autumāt hanc virtutem cogitatiuam quā

Tex. 6. Cōm. 7. Cōm. 4.

B Gręci nunc, νοῦν παθητικὸν nuncupant, hoc est intellectum passiuum, interdum verò διάνοιαν ab Arist. cognitam non fuisse sed figmentum aliquorum. horum verò rationes tametsi proprio loco examinauimus, nunc verò quoniam occasio se nobis offert iterum perpendere non grauabimur. primū itaq; asserunt nullibi hanc cogitatiuā Arist. meminisse, in 2. enim de Anima, de sensibus interioribus pertractans vt de sensu communi & imaginatione transit ad opinionem, deinde ad intellectum animæ partem qua anima cognoscit & sapit, illa de hac cogitatiua mentione facta, quam tamen meminisse debebat, cum medium obtineat locum inter sensus interiores atque intellectum. Accedit quod si apud Arist. cogitatiua anima forma hominem informans esset, valde mirandum esset Arist. de omni anima pertractantem ipso met 1. de Anima authore, animam humanam alioquin omnium nobilissimam atque pręstantissimā pretermittere, & de ea ne minimum quidem verbum habere. quòd si Arist. meminit aliquando cogitatiuę intelligere ipsum, aiunt, vel imaginationem, quam & phantasiam alio nomine appellare solet, vel intellectum sensibus coniunctum atque vnitum. Præterea hęc cogita-

C tiua vel est forma hominis qua homo in specie hominis ponitur, vel forma qua in genere animalis subest, non secundum afferendum est, primo quidem quod formam specificam nō haberet homo sed tantum genericam, secundo verò intellectus qui vnus est forma hominis esset, quare omnes homines vnus numero homo essent, quoniam vna numero existeret forma, nempe intellectus. qui est vnus numero apud hos in toto orbe humano. si verò primum dabunt, tunc aliud & longe maius accideret incommodum, nempe intellectum fore hominis formam accidētalem, atque intelligere hominis non esse propriam operationem sed accidentalem atque extraneam. omne enim quod alicui in specie existenti perfecto adueniens accidēs est eiusmodi verò esset intellectus qui homini per cogitatiuam in specie in actu perfecto adueniret, quare & intellectus forma esset hominis accidentalis, similiter & intelligere eius opus. Demum 2. de animalium generatione per sensualem animam homo est anima, per rationalem verò est homo, ergo per animam cogitatiuam homo non est homo, sed per animam rationalem. Amplius, homo non excederet gradum sensibilium, est enim cogitatiua ob quā homo est id quod est intra limites animæ sentientis. Præterea, apud Arist. 2. de Anima, intelle-

Cap. 3. Tex. 27.

D ctus vti potentia animæ annumeratur, ergo non cogitatiua erit forma hominis. insuper, principium esse intellectum quo nos intelligimus, actum corporis, potentia haberi & alia similia quæ omnia demonstrant tum nostrum intellectum formam hominem constituentem, tum etiam non esse vnum & ęternum, quæ quidem omnia satis superq; satis in disceptatione de vnitate intellectus pertractauimus. An hæc nihil cogunt? multis autem in locis huius cogitatiuę Arist. meminisse asserimus, quin & data opera de illa ptractasse. Secūdo enim de Aīa, hęc habet verba, De imaginatione autē immanifestum est, posterius verò considerandum. quibus autem ad hęc inest & secundum, locum motiuum, alijs autem cogitatiuum & intellectus vt hominibus, ex quibus verbis luce clarius est afferri cogitatiua, nec per cogitatiuam intelligere potest imaginationem. nam illam supra exclusit, posterius pertractandam, nec idem intelligit cum ipso intellectu, quoniam duo verba distincta sunt, vt διάνοια, καὶ νοῦς hoc est, cogitatiuum & intellectus. Item eodem 2. de anima, apertissime hominem esse vult id quod est per animam sentientem non autem per intellectum, quando quidem gradum & potentiam sensitiuā diuidit in ea quæ habent secundū locū motiuū, & in ea quæ habēt intelligētiā & ra-

Tex. 29. Tex. 32.

tionem, hoc est in ipsos homines, qui sub sentiente anima ab Arist. his verbis reponuntur, & sensitiuorum alia quidem habent secundum locum motiuum, alia verò non habent. vltima autem & minima ratiocinationem & intelligentiam & reliqua quæ sequuntur. Præterea 3. lib. de Anima, hęc Philosophus scribit. omnino igitur, sicut dictum est, inquantum animal appetitiuum est, sic ipsius motiuum est. appetitiuum autem non sine imaginatione. phantasia autem omnis, aut rationalis, aut sensitiua. hac igitur & alia animalia participant. quid ergo, quęso, per rationalem phantasiam Arist. aliud intelligere potest, quàm vel cogitatiuam, circa particularia ratiocinantem, vel quam Gręci διάνοιαν nuncupant? & eodem libro paulo inferius, sensitiua quidem igitur phantasia, sicut dictum est, & in aliis inest animalibus, deliberatiua autem in solis rationabilibus, quid ergo est phantasia deliberatiua, nisi cogitatiua aut gręcis διάνοια dicta? nullibi enim apud Arist. legimus intellectum ab eodem phantasiam nuncupari, postquam intellectus corporeo affixus non est organo, quemadmodum ipsa phantasia; Ad hęc, 6. Ethic. animam diuidit in cogitatiuam discurrentem circa particularia atque in ipsum intellectum vniuersalium existentem. Demū meminit de hac cogitatiua lib. de Memoria & Reminiscentia, quemadmodum in explicatione illius libri nos manifestauimus. Ad hæc, nedum indiuidua nouem accidentis cathegoriarum, sed ipsius substantiæ homo mutuo componit atque diuidit, vti inimicum esse afficiendum, Socratem esse prosequendum & alia id genus. percontamur verò quæ facultas hominis huiusmodi diuisiones & compositiones harum propositionum facit? non autem intellectus, quoniam ille est vniuersalium, vt sępenumero dixit Arist. & si particulare & indiuiduum intelligit, hoc est illi per accidens, quare aliqua facultas ab intellectu alia vt hæc efficiat necesse est. hanc verò cogitatiuam, siue alio nomine (vti lubet) esse fatemur, appellabunt. sunt autem non nulli qui aiunt intellectum sensibus copulatum hoc munere vti, nimirum propositiones quas supra diximus facere vti amicum amplectendum & inimicum fugiendum, & quæcunque alia cogitatiuę nos ascribimus, ab intellectu sensibus copulato perbelle compleri asserunt, sed hi longe decipiuntur. Arist. autem in 2. lib. de anima aggreditur probare imaginationem non esse admixtionem & vnionem opinionis & sensus, neque esse opinionem & sensum, neque opinionem cum sensu, cuius ratio hæc est, vt ibi Philoponus & Simplicius animaduerterunt. & ad hoc probandū hac vtitur philosophus ratione, nihil ex pugnantibus componitur ac reliquo reliquum pugnanti vnitur: pugnant autem sensus & opinio, ergo imaginatio nequaquam erit ex opinione cū sensu vnita & composita. à simili ita nos instamus; ea quæ mutuo sibi pugnant, non possunt inuicem vniri ac copulari, atque ex his vnum tertium cohalescere. modo intellectus & sensus mutuo pugnant, ergo nequaquam ex vnione intellectus cum sensu resultare potest cogitatiua, quam & alio nomine ipsi hanc vnionem intellectus cum sensu nulla ratione διάνοιαν nuncupant. Secunda propositio ita probatur, sensus remum in aqua confractum videt, intellectu eo ipso temporis momento, illum saluum esse credidit, quare intellectus cum sensu pugnabit. Rursus sensus solem vnius pedis sentit & eo ipso tempore, intellectus maiorem terra centum septuaginta vicibus ostendit, pugnat ergo intellectus cum sensu, quæ omnia in opinione & sensu ex Arist. ibi Philoponus approbat. Demum cogitatiuum potentiam animę eodem 2. de Anima solet appellare, quare non erit copulatio intellectus cum sensu ipsa cogitatiua vti hi exponunt, cum hæc operatio accidens sit ipsi intellectui. Amplius, infinita fere absurda hi euitare nō possunt, cum hæc fatentur. etenim intellectus apud Arist. noster immortalis atque ęternus est, vt nos alibi probauimus. numero autem multiplicatus apud eundum esse non potest, quoniam omnis in numero multitudo à materia ortum ducit. Interitus omnis compote 12. Diuinorum & 1. Cœl. Philosopho teste. quare vnus necessario erit. hic verò omnes homines informare non valebit, tum quoniam omnes homines essent vnus numero homo, eorū vnica numero existente forma, nēpe intellectu, tū etiam apud Arist. nunquam legimus immortalem atque æternam aliquam formam corruptibile & materiale informare subiectum, quæ enim specie & genere & plusquam genere (quemadmodum ęternum & corruptibile) 10. Diuinorum differunt, quomodo in vnum coalescere possunt? vnumq; ex forma æterna & subiecto corruptibili constare? quare præter intellectum alia ponenda est in homine assistentem formam quæ ipsum informat, hæc verò siue sit cogitatiua siue alio nomine velis illam nuncupare, vel aliqua alia forma, non reluctabor. hoc vnum nobis sufficit plures in homine esse formas, atque pręter intellectum aliam esse in homine informantem virtutem; hanc verò sententiam veteres atque illustres Peripatetici longe ante nos habuerunt, vti Theo-

Margin notes: E; Tex. 56.; Tex. 57.; F; Tex. 158.; G; Tex. 27. & 29; H; Tex. 49.; Tex. 91.

A Theophrastus (Themistio authore 3. de Anima) idemet Themistius eodem libro, Simplicius in explicatione 2. de Anima, à quibus sumpsit Auer. qui omnes asserunt in homine duplicem esse formam, alteram immortalem atque ęternam quam intellectum ęternum & immortalem compositum ex intellectu agente & possibili: alteram verò intellectum passibilem quem corruptibilem è materia eductum volūt, atq; hominem informantem, priorem vnum numero orbiq; humano vniuerso inhęrentem: posteriorem verò numero multiplicatum & eductum ope agentis è gremio materiæ. Accedit ad hanc sententiā 3. de Anima videtur Arist. enuntiasse, vbi intellectum substantiam appellat, actum ęternum atque immortalem in ipso idem esse intelligibile, id quod intelligitur, atque ipse intellectus, & scientia & scibile & id genus plura alia quæ omnia nulli tribuit philosophus nisi mentibus abstractis atque intelligentiis: ex quibus dictis duo colligere nobis licet, alterum plures formas, atque animas esse in homine, alterum virtutem cogitatiuam siue alio nomine διάνοιαν nuncupatam, veteres Peripateticos comprobasse. quare & huius cogitatiuę meminit Arist. atque formam hominis nuncupauit. Pro solutione alterius augmenti & eorum quæ sequuntur aliqua sunt suscipienda.

Cap. 30. & cap. 39. Cap. 31. & 33. 35. & 38. Tex. 1. & 2. & 5. & 2. Tex. 10. & 12 & 14. & 20.

B primum autem est, quemadmodum nauis duplicem habet essentiam, alteram quę est id quod est nauis quæ est forma informans nauim, reponensque ipsam in specie nauis, alteram verò ad operationem qua melius est. non autem qua est. atque hęc est nauta ipsi assistens, atque operationem præclaram ac nobilem ipsi afferens, vti nauigationem, ita in homine duplex est esse, alterum quo homo est id quod est homo, & hoc habet à forma cogitatiua vel ab intellectu corruptibili & patibili, vt dicit Themistius. alterum verò quo melius est, vt est ipse intellectus immaterialis atque incorruptibilis, quo homo intelligit & sapit vniuersalia, sed petes à virtute cogitatiua quam operationem habebit homo? an discursum circa particularia atque cognitionem indiuiduorum decem cathegoriarum illorum inquam compositionem & diuisionem, ab intellectu verò qui vnus est habet speculari primas vel secundas vitas, vt testatur Simplicius, hinc Philosophus 1. de Anima dixit multis hominibus non inesse intellectum hoc est operationem, & speculationem quæ propria est huius intellectus qui vnus est, quare quòd homo sibi annexum atque copulatum habeat hunc intellectum,

C hoc est illi ad melius esse atque non requisitum ad esse hominis quo homo est, intelligere similiter quod est rerum vniuersalium, hoc est speculari, proprium est ipsi homini quod soli competit & non omni. particularium autem intelligentiam omni & soli homini & semper competere dicimus. Rursus, qui hanc intellectus vnionem negant, modumque quo vnitur nobisque copulatur respuunt, attendant velim quo modo Martis atque Lunæ intelligentiæ suis orbibus inhęreant atque vniuntur, eo modo hic noster intellectus nobis etiam inhęret atque vnitur, vtriusque verò modum explicauit Auer. in prima in Algazelem disputatione. *In solutione vlt. dubij.* Amplius suscipiendum est hanc cogitatiuam aliquando rationalem, aliquando deliberatiuā, aliquando phantasiam nuncupari, & hoc ob munia quę diuersa operatur. vt enim circa particularia ratiocinatur, rationalis dicitur. vt verò in illis bonum à malo discernit, atque hoc prosequendum, illud verò fugiendum consulit, deliberatiua dicitur, vt ex sententiis nuper citatis ipsius Arist. patet. his itaque iactis cuncta soluere non erit difficile. fatemur enim virtutem cogitatiuam constituere hominem in specie qua homo est, formamque esse hominis specificam, non autem genericam, atque operationem ipsi homini præstare particulariū

D cognitionem, à quibus id quod bonum prosequendum, quod malum fugiendum cognoscit. nec etiam negamus intellectum post aduenientem non esse formam necessariam vt homo sit. extrinsecam verò atque accidentalem nuncupare possumus, quatenus forma ipse intellectus non est è gremio materia educta, nec etiam negamus hominem quo ad id quod homo est, gradum sensitiuum non excedere, tam etsi forma hæc sensitiua longe nobilior atq; præclarior est, excedit verò gradum sensitiuum, quatenus sibi adhęret atque assistit hic vnus intellectus. Ad eam verò quæ scripta est 2. de Animalium generatione Arist. sententiam, quo in loco per animam rationalem vult hominem esse id quod est homo, dicimus vel vt aliqui ibi monent illam dictionem rationalem in græco antiquissimo codice non legi, quod si ita est nostrę opinioni hic locus maxime fauet. esset enim literæ sensus per animam sensitiuam hominem esse animal atque hominem, vel dicendum græcam literam esse διάνοιαν, hoc est cogitatiuum, quemadmodum & in 2. de Anima eodem vocabulo vsus est distincto ab ipso intellectu, vt supra etiam monuimus, quod eò magis hæc sententia mihi arridere videtur, quia paulo inferius Arist. dicit hanc rationalem, quēadmodum sensitiuum in materia prius

potentia fuisse, intellectum autem siue mentem, quod idem apud Græcos significat, vt νοῦς extrinsecus aduenire, suamque actionem cum corpore non communicari. quare per rationalem qua est homo homo, si Philosophus intellectum intelligeret, sibi ipsi nullo pacto constare posset, cum primo asserat hanc rationalem animam educi è potentia materiæ, postea verò extrinsecus accedere, suamque actionem cum corpore non communicare, quare in manifesta esset cōtradictione. vt ergo hoc fugiamus, fatendum est per rationalem, hoc est διάνοιαν, cogitatiuam intelligere, ob quam homo est id quod est. vel asserendum est per rationalem animam cogitatiuam intelligere quæ rationalis nuncupatur ex eo quod circa particularia ratiocinatur. à cuius loci ignorantia modernos multas fabulas excogitasse in variosque labyrinthos nodosque inexplicabiles incidisse videmus. illos maxime qui aiunt per mentem intellectum speculatiuum, qui prouenit ab ipsis intelligibilibus extrinsecus aduenientem Arist. intelligere. ponunt enim discrimen inter intellectum & mentem. & quoniam hi nec philosophiam, nec aliquam præclaram scientiam aut literas græcas noscunt, resecandi sunt à nostra disputatione, doctisque viris suos conceptus relegandos censemus, vt illorum iudicium ferant. propriam enim vocem semper ignorare mihi visi sunt, vt nescio quam illorum sententiam defendant atque tuentur. sed hi prætermittantur, & ad nostrum institutum redeamus. illud tamen non obstat si Arist. in assignandis animæ potentijs intellectus & non cogitatiuæ meminerit, vt hac ratione videri possit, intellectum esse animæ potentiam non autem cogitatiuam, quoniam ibi Arist. per intellectum potentiam animæ intellexit quoddam commune ad intellectū corruptibilem à Themistio, Theophrasto, & Simplicio dictum, ab alijs cogitatiuam, & ad illum intellectum qui æternus est, atque vnus numero primis dictis à Simplicio applicatus. eo-
Tex. 22. & 23 dem verò 2. de Anima distinguit huiusmodi intellectus, atque vult intellectus qui est ęternus atque vnus numero fore aliud genus animæ, quoniam non est potentia essentialis nostræ animæ, sed tātum ad opus. & subdit, & hoc solum posse separari, sicut ęternum à corruptibili. & paulo inferius vult reliquas animæ partes non esse separabiles, nec aliud quod obiiciunt firmum est, animam esse actum corporis. hæc enim definitio vt Magnus magister Simplicius monet & Philoponus, Themistius & Auer. consentiunt, ex his definitionibus est quæ ad vnū dicūtur, non autem simpliciter, quare ipsi intellectui competet secundum similitudinem. vti enim vegetatiua atque sensitiua sunt actus qui perficiunt atque informant corpus organicū. ita intellectus ἐντελέχεια est, non quo ad esse, sed quo ad opus. quare præter intellectum aliam in homine esse formam quouis illam appellare nomine ne sit nominum disceptatio siue cogitatiuā, siue διάνοιαν, siue patibilem intellectum atque corruptibilem, & plures in homine esse formas ex dictis longe lateque patere arbitror. reliquū, est vt quibusdam aliis additis secundā partem dictæ enunciationis philosophi sententiis stabiliamus & confirmemus, & quibusdā
Cap. 3. petitionibus satisfactis atque reiectis, Arist. in 4. de Animalium generatione reddēs rationem cur filii aliquando assimilantur patri, aliquando matri, aliquando auis aut attauis, aliquando extraneo homini, sumit hanc dignitatem Coriscum generare vt Coriscus est, vt homo est & vt animal est. hæc enim sunt verba. Coriscus enim & homo & vt animal generat. sed proprius à proprio distat homo quàm animal, generat autem & quod particulare est, & quod genus est, sed magis quod particulare est. hoc enim substantiæ est &c. similis autem patri fit cum semen patris superat, at si non tendit in oppositum sed non perfecte superat natus similis erit auis & attauis. aliquando monstro similis est, vt Socrates & particularis similem sibi natum generabit. Socrates vt homo similem efficiet aut auis, aut aliis ex consanguineis, aut nulli ex consanguineis. & hoc sibi aduenit vt homo, aut similem alicui monstro efficiet. & hoc vt animal, & multa alia ibi philosophus tradit, ad quę legenda studiosos lectores relegamus. qua in Arist. sententia manifestum est plures esse formas in vno composito vt pro varietate formarū varia sit assimilatio & dissimilatio natorum ad parentes & ad homines, alioquin si vna esset forma, Socrates nunquam generaret vt homo aut vt animal. nec Arist. fundamentum, quo varietatem natorum assimilationis assignat, esset validum. dicere enim quispiam posset in homine vnicam esse formam specificam à generica non distinctam, atque perpetuo generare vt hominem, non autem vt animal. Præterea, 2. Metaph. probat in formis non esse abitionem in vno composito in infinitum, quam sententiam velut firmam Aristotelicam præter ea quæ
In explicatione Tex. 1. & 51. supra ex Themistio, Theophrastum tenuisse dicimus Simplicio & Philopono authoribus 1.
In tex. 1. Physi. idemmet Philoponus 1. Physi. item Simplicius 2. Physi. asserunt plures formas esse in vno composito, quod idem sentit Alexander 2. lib. de Anima, & 2. natural. quæst. à quibus

mutuatus

A mutuatus Auer. hinc inde hanc veritatem literis mandauit, queamdmodum & qui ipsum insequuntur optime annotarunt. sed petes harum formarum ortus momento omnium est, an vnaquęque tempore aliam introducta præcedit? huic difficultati Theophrastum 1. de causis Plantarum his verbis satisfecit. in prima Plantarum generatione prouenit quidem prius radix, quàm germina, sed non adeò vt spatium quoddam temporis amplum præcedat, sed ita vt breue admodum intelligi possit, quemadmodum in animalium generatione cor, quęque circa cor ipsum consistunt. natura enim vt ita loquar nullam pęnitus rem particulatim vt ars facere solet, sed omnia vniuersim, simulq; procreat, quamuis alia prius quàm alia conficiat. ex quibus Theophrasti verbis aperte colligere licet naturam has formas procreare nequaquā in eodē tēpore omnes, sed vnā prius deinde aliā; antequā explicauit Arist. 2. de animal. genera. *Cap. 3.* cum dixit embrionem prius viuere vita plantæ, deinde vita animalis, deinde vita hominis, qua in re eorum expositio nūquam mihi arrisit, asserentium quod prius non asserat ordinem introductionis formarum sed ordinem perfectionis, hoc est prius apparet operatio vegetatiuæ tanquam cæteris imperfectior, deinde sensitiuæ, omnium postremò intellectiuę his omni
B bus perfectioris apparet operatio, quæ inquam interpretatio peripateticis nunquam placuit, apud illos enim tempore prius generatur cor cęteris membris, vt Arist. testatur 3. de partibus *Cap. 5. & 7.* animalium, & 2. de generatione animalium, deinde alia membra. quando enim habuerit em- *Cap. 4.* brio perfectam corporis partium organizationem, viuit vita vegetatiua aliquo temporis spatio, nutritur enim & augetur, postea sentit atque mouetur & hoc temporis aliquo spatio, perfecto autem corpore organizato intelligit atque sapit, quare formarum introductio tempore metietur. num verò forma ipsa momento an tempore introducatur, separato loco videbimus. verum si suis quæ in Aristo. doctrina Latini authores principia ponunt animaduertere volunt, tantum abest vt hanc de formarum multitudine sententiam negent, quod etiam maxime affirment. tenent enim (quemadmodum est rei veritas) animam rationalem esse ęternam, sensitiuam verò & vegetatiam corruptibiles in homine, quomodo fieri potest vt vna anima numero ęterna sit ac corruptibilis, quare plures animas in homine hac ratione coactus Ioannes Grammaticus in 3. de Anima posuit. est verò & aliud non prætereundum formarum *Tex. 1.*
C multitudinem non haberi ex prædicatis distinctis essentialibus vt quibusdam Latinis inepte visum est. illud enim primum sequeretur incommodum simplicia corpora vti ignis, aer, aqua, & terra non essent simplicia, sed & ipsa pluribus prędita formis, quoniam vnam formam haberent per quam sunt substantiæ, aliam per quam sunt corpora, & aliam per quam sunt elementa. secundum absurdum, materia prima in se considerata plures haberet formas, quia plura habet prædicata essentialia, est enim substantia atque potentia vt omnes formas recipiat quæ attributa sunt ipsi materiæ per se tertium incommodum, simplex omnium rerum opifex, summus ille Deus ex pluribus esset coagmentatus, multa enim attributa ipsi essentialia attribuimus, vti Deus est actus, Deus est substantia, summa bonitas, primum necessarium & alia id genus. Præterea, Arist. 1. de partibus animal. arguens Platonem differentias quæ negatione & priuatione proferuntur vt inanimatum, irrationale & impennatum & *Cap. 3.* insensibile diuisiuas esse generis atque specierum constitutiuas inquit huiusmodi prædicata nihil constituere, quoniam priuationes sunt distinctæ ab ipsis formis & differentiis affirmā
D tibus vti expers sensus in planta nil aliud significat nisi vegetalem animam, quod perbelle 8. *Com. 10.* Metaph. explicauit Auer. his verbis, cum dixerimus in definitione animalis quod est corpus nutribile, sensibile, si diminuerimus vltimam differentiam, remanebit definitio vegetabilium. & si addatur alia differentia, scilicet rationale, fiet definitio hominis. si ergo corpus nutribile est definitio plantarum expers sensus, aliam formam in plantis distinctam à vegetatiua non significabit. ergo prædicata distincta formarum multitudinem non arguent, sed petenda est via quam supra nos diximus ex illustrioribus veterioribusq; peripateticis excerpta, & quod magis est, ipsius naturæ principiis atque sensui consona.

Euer-

Euertuntur Latinorum rationes. *Cap.* VI. E



ATINORVM verò rationes oppositas soluere non erit onerosum, tum illas quæ formam vniuersalem corporis substantiæ materiæ coęuam affirmant, tum illas quæ formarum multitudinem è medio tollere nituntur. primum ergo necessitates quæ Latinos vt hoc figmentum, nempe hanc vniuersalem & confusam formam fingere impellerunt, minime impellere debuerant. sufficiens enim est materiæ potestas, vt ex ipsa ope agentis disponentis formæ naturales educantur. & hac ratione in Arist.doctrina creationem concedere non cogimur, quemadmodum supra etiam monuimus. Ad primam ergo eorum rationem sic satisfaciemus, atque asserimus per primam formam Auer.non formam hanc vniuersalem corporeitatis intelligere, sed Deum Opt. Max. qui est forma formarum, vt verbis Auer.vtar, vt 2.Metaph. Arist.probauit. Ad secundam rationem quod Arist. ibi exponit Auer. 2.Physic. quemadmodum exponunt Græci. per priuationem enim quæ est quodammodo forma in- F
telligimus vel deterius contrariorum, vel ipsam potentiam materiæ, qua materia quodammodo actuatur ad formas recipiendas. Ad tertiam verò dicimus quod per formam vniuersalem quam materia primo recipere dicit Auer. intelligimus formas elementorum quas primo materia recipit. Ad quartum fatemur ex incorporeo penitus & actu & potentia, quemadmodum sunt puncta, non coalescere aliquod corpus, vt 6. Physic. hoc modo demonstrat Arist.vel ex incorporeo. in actu corporeo autem potentia, quemadmodum est ipsa materia corpus ipsum constare maxime affirmamus. atque hæc est Alexandri in libro suo de Anima, & Ioan.Grammatici in 1.de Generatione solutio: vel secundo dicendum est materiam non esse incorpoream, sed sociatam & coęuam magnitudinem habere supra monstrauimus: vel tertio materiam in entium natura semper corpoream inueniri, quia semper sub formis substantiæ indiuiduis est, & vt sic id quod oritur fit atque constat: materia verò mentis opere concepta incorporea penitus est atque ens rationis, & vt sic ex illa nihil constat 12. Metaph. Auer.authore. Ad quintam corporeitatem,quæ in composito inuenitur fore adiiciendam, aut materiæ illam potestate habentis, aut magnitudini quæ sibi coęua est interminate vt su- G
pra docuimus. Ad sextam, per vltimam formam Arist.intellexit Deum Opt. Max. vt supra diximus. discrimina autem quæ isti ponunt in Auic. & Auer. iampridem explosa sunt. Ad septimam generatio bifariam sumitur vt multis in locis Auer.monuit, vel pro dispositione quæ præcedit vltimam formam, & hoc modo est actus corporis mobilis: vel pro formæ vltima accessione, & sic non est motus, nec sibi competit definitio motus. Ad octauam,soluimus cum Simplicio in 8.Physic. quod nunquam materia in entium natura reperiri potest sine forma, nec tamen hanc formam corporis fictitiam ponere cogimur: etenim finis,inquit Simplicius, formæ corruptæ,principium est formæ generandæ, vnde Auer.dicebat 1. Physic. non cessare partes spermatis recedere & partes fieri hominis: an verò dicendum est inter duas formas contrarias intercedere perpetuo quietem in nulloque instanti materiam esse sine forma. instans enim duo nobis significat vel principium futuri & finis præteriti, quare in illo instanti materia non erit sine forma. si enim consideramus instans vt est principium futuri, materia est sub forma futura: si verò vt est finis pręteriti, erit sub forma præteriti, H
quare nullum erit temporis momentum in quo materia erit sine forma: hęc verò omnia docuit in 6.Physi.Arist. an verò & alio modo dicendum est, inter duos motus contrarios cadere mediam quietem non simpliciter. hoc enim fieri non potest. quælibet enim materiæ pars aliqua specie mutationis perpetuo cietur, sed intelligitur quies ex duobus terminis à quo & ad quem, quemadmodum si ignis in aquam transmutatur, materia ignis dum ad aquam alteratur, hoc est dum ingrossatur ac crassior fiat, quiescit materia à forma quam habebat, nempe ignis,quoniam secundum illam amplius operari desinit & à forma aquę etiam quiescit, quia adhuc ab illa non continetur, & quoniam semper reperitur sub aliqua forma, ideo non quiescit omnimode à quiete, hoc est cuiuscunque mutationis priuatione, bene verum est ipsam quiescere quiete opposita perfectarum operationum, quibus prædita erat, vel quando sub termino à quo continebatur, vel quando sub termino ad quem reperietur,cuius quidem dicti hæc potissima est ratio. si enim materia mouetur, motus verò attestatur formæ, ergo semper sub aliqua forma esse debet vt possit inde moueri. atque hæc est Arist.

in 8. Physic.

A in 8. Physic. vera mens & sententia. Ad nonam, sunt ex Peripateticis nonnulli grauissimi authores etiam consentiente Diuo Platone, Simplicio 1.Physic.teste, qui asserunt ex tribus naturæ principiis solam materiam esse vnam numero principium ęternum: reliqua verò duo, vt forma & priuatio specie & non numero ęterna esse sufficit: principia verò oportere semper manere intelligere etiam possumus in quolibet ortu reperiri, vt Ammonius dicit, vel tres illas superius enarratas conditiones vt non fieri ex aliis non mutuo, sed omnia ex his vt Auer. testatur. Ad id verò quod vlterius obiiciunt simul album & nigrum esse ęterna specie, quare non viderentur differre principia prima à secundis, respondemus vt Simplicius 1.Physic.monet, tametsi principia secunda sunt ęterna, dependent tamen à primis, differũtq; ab illis quia non in qualibet generatione reperiuntur quemadmodum illa. Ad decimam satisfacit Magnus Simplicius in explicatione eiusdem contextus, ad formã referri materiam intelligi de materia propinqua & forma propria qua his omnibus corruptioni obnoxiis entibus. an autem & melius dicendum est, referri materiam ad formam vniuersalem atq; hac elementorum forma existente, non autem illa à Latinis effiċta. Ad vndecimam, Auer. di-B ctum ita intelligitur ex pura materia omni prorsus expoliata forma, mentis opere enteque rationis existente nihil fieri certum est. ex illa autem in entium natura corporea ob indiuiduas formas existente cuncta quæ oriuntur fieri. Ad duodecimam, asserimus genus non referre formam tantum, nec materiam tantum, sed compositum ex materia & forma, quemadmodum ex Alexandro & Auer. supra monuimus. quare hoc genus compositum est ex materia & forma. forma autem illa erit forma elementorum communissima vel vegetatiua & sensitiua anima, à quibus petitur genus subalternum. Ad decimamtertiam accidens duplex est, alterum terminatum, quod requirit formam, alterum interminatum, quemadmodum est trina dimensio, quod formam non requirit præexistentem. Ad decimamquartam, an non soluendum est, sed quid alij sentiant expectandum? an verò asserendum est formam in illud interire ex quo educta est. est autem educta è gremio materiæ, ergo in gremium materię reuertitur. sed in hac responsione duo petes, alterum quomodo in gremium materiæ vertitur atque in materiam transmutatur, alterum quare eadem forma si non aboletur, iterum non C reuertitur, atque mortuorum animalium resurrectionem dari, quod apud Arist. impossibile est, vt ipse in 1. de Anima, & 5. Physic. probauit, nisi esset quod eo pacto quo prę erat forma in materia priusquam educeretur ab agẽte, eodem pacto post eius interitum in materia erit. Ad secundum verò dicetur, quod forma non reuertetur, quoniam potentia ad illam recipiẽdam non est. est enim corrupta. sed adhuc petitur, illa potentia in quod corrumpitur? eadem quæstio reuertetur, quemadmodum & super ipsam formam. soluitur quod potentia in nihilum vadit. in accidentibus autem quemadmodum est ipsa potentia particularis in nihilum abiitionem concessit Ioan. Grammaticus in 1. de Ortu & Interitu. Sed hęc dicta sint vt *Cõm. suo 69.* philosophantium præclara ingenia exerceantur. Ad decimamquintam respondemus per se ipsam hanc difficultatem exposcere longe maiorem aliam quomodo leuia & grauia moueantur pertractandam & discutiendam, de qua quidem plura diximus in 8. Physic. & 4. Cœli. Ad decimamsextam & septimam satisfactum est supra, quod corporeitas attribuenda est vel magnitudini quæ prę est materiæ interminatæ vel ipsi materiæ in potentia, forma tamen cõcurrente. quantum verò spectat ad ea argumenta quę plures formas in corpore naturali esse D defendunt ad nostræ sententiæ cõfirmationem faciunt, quare firmissima illa esse iudicamus. sed age principis controuersiæ alteram partem videamus qua formarum multitudinem Latini, quẽadmodum D. Tho. negabant. Ad primam autem eorum rationem qua asserebant *Solutio rationum negantiũ plures formas in vno composito.* formam minus perfectam in forma perfectiori contineri vti triangulum in quatrãgulo & numerum ternariũ in quatern. quare si illa perfectiore forma superueniẽte, superuacaneam esse alterã manifestum est, rñdemus bene verum esse priorem & imperfectiorem formã contineri in posteriore & perfectiore, sed non vt formæ continentur in prima materia, pura scilicet quadam & simplici potentia, sed quemadmodum partem in toto, ita triangulus cum sit pars quatranguli non abeunt tres priores lineæ accedente quarta, sed remanent, atque ex illis tribus & quarta accedente linea fit quatrangulus, quemadmodum etiam septimo gradu caloris existente adueniente octauo caloris gradu, qui summus verbi gratia est, non recedunt septem priores gradus, sed ab octauo perficiuntur & fit ignis forma. ita anima vegetatiua continetur quidem in sensitiua sicut pars in toto atque sentiente anima adueniente, anima vegetalis incolumis remanet atque incrementum recipit, & ex anima sentiente & vegetatiua vna

fit anima quæ vocatur aïa sentiẽs à sensu tanquã à postrema parte, & quę cæterarum finis atq; absolutio est. à fine enim res nominari vt plurimum solent, quemadmodum scilicet ex tribus lineis & quarta superueniente quatrangulus constat, tribusque lineis non corruptis sed seruatis, ita ex vegetabili atque sentiente sentiens vna anima resultat. Rursus ex vegetante, sentiente, & intelligente vna tota fit anima quæ intelligens vocatur prioribus vegetatiua scilicet & sentiente non corruptis, sed perfectionem & incrementum suscipientibus. Ad secundam, distinguendum est de formis. quædam enim sunt formæ, non adinuicem subordinatę, quemadmodum formæ elementorum & alię formæ quæ simul esse non possunt, atque hæc in seipsas ita conuertuntur, vt vna accedente altera recedat, vt accedente forma ignis, forma aquæ recedat. quædam aliæ sunt formæ adinuicem subordinatæ, quemadmodum pars subordinatur ad totum & vna perfectio est alterius. his quidem stantibus asserimus, formas has posse idem subiectum informare simulq; cohęrere, quę subordinatæ sunt, viciſſimq; seipsas perficiẽtes. sed iterum instabis, opposita simul idem erunt. etenim in ipsa anima vegetabili inest priuatio animę sentientis. quomodo ergo simul anima sentiens & vegetatiua cohęrere possunt? ac quomodo idem subiectum informabunt? an quemadmodum octauo gradu caloris adueniente, septem priores non corrumpuntur, sed permanent? corrumpitur autem priuatio octaui gradus caloris cui succedit ipse octauus gradus, subiectum enim permanet, priuatio autem quæ est absentia formæ futuræ aboletur vt terminus à quo, quẽadmodum priore sectione monuimus, ergo ita fętus qui viuit vita vegetatiua priuatus est ipso sensu. adueniente autem sentiente priuatio abiit. fętus autem anima vegetabili viuens qui huic priuationi vt subiectum susternebatur, incolumis permanet, & sic efficitur sentiens sub qua sentiente vegetabilis continentur vti pars sub suo toto, quemadmodum numerus ternarius in quaternarium mutatus, priuatio quaternarii quæ erat in ternario adueniente quaternario aboletur, ternarius verò qui substernebatur illi priuationi, vt subiectum permanet. legimus enim in 1. Physi. subiectum permanere & priuationem corrumpi. Ad tertium, accipiendum etiam est vt supra diximus, formas aliquas esse subordinatas, atque has habere quoddam materiæ genus, secundum quod genus forma vna remanet in ipsa materia, altera adueniente. quæ solutio Auer. est. in epithom. Metaph. similiter Ad quartam dicimus huiusmodi formas quę subordinatæ sunt habere easdem communes dispositiones mutuo se seruantes atque perficientes. Ad quintam, dicimus quod tam & si anima sentiens adueniat embrioni existẽti in actu, non tamen est accidens, quoniã perficit ipsum subiectum, non autẽ ab illo perficitur; atque hoc est discrimen Auer. authore 2. de Anima inter formas substantiæ & formas accidentis. quoniam & si ambę subiecto adueniunt, nihilominus formę accidentis recipiunt à subiecto cui accidunt perfectionem, formæ verò substantiæ perficiunt subiectum cui adueniunt. quã sententiam ante Auer. protulit Alexander libro suo de Anima. vel alio modo dicendum dignitatem illam, quidquid aduenit rei existenti. in actu vt in actu existit, esse accidens, animam verò sentientem aduenire embrioni actu existenti. veruntamen non quatenus actu sed quatenus adhuc potestate ille est [& perfectiorem formam expectare dicimus. Ad sextam, Auer. dictum in vno composito vnicam esse formam, intelligendum est de vltima & specifica forma & totali, non autem de subordinatis, atque de his quæ vti partes sunt in toto, quẽadmodum sic ipse Auer. intelligi debet in 2. Poster. vbi velle videtur in vno composito vnicã duntaxat esse formam. Ad septimam fatemur plures animas in vno composito non esse, vt Plato dicebat, re & loco distinctas, atque hoc modo inuehitur in Platonem Arist. non negat autem Arist. plures esse animas in eodem composito non loco distinctas vt in hepate vegetatiuam, in corde irascibilem, in cerebro rationalem, quam sententiam etiam Medici insectantur & nos separata quęstione absoluimus, sed re disiunctas, loco autem, in corde eodem non diuerso. Ad octauam, hominem vnum esse asserimus ab vltima forma posteriore & perfectiore adueniente, quę vinculo quodam & necessitudine naturali aliis posterioribus formis vnita vnum facit. & quemadmodum ex materia & forma fit vnum & hoc non ob aliud nisi quia hoc actus, illud verò potentia, ita ex vegetabili & sentiente anima fit vnum non ob aliã rationem nisi quia vegetabilis anima se habet vt materia & potentia, sentiens verò vt actus & forma. Plato autem asserebat idęam hominis atque idęam bipedis non posse simul cohęrere. qua ratione inuehitur Arist. vnum hominem non posse constare, non autem ita dicimus nos de vegetabili & sentiente, sed quispiam obiicere posset, 7. Diuinorum, vult Arist. in postrema differentia omnes superiores differentias contineri subiecti, ergo in vno subiecto vnica

Tract. 1. in voce materiæ.

Cõm. 4. & 8.

Cap. 1.

Cõm. 19. & 20

Tex. 43.

A ca tantum est forma vltima atque differentia. An autem asserendum est vti Auer. notauit in 1.de Animalium partibus, differentias inquit essentiales non se mutuo continere, sed tantum accidentales, quemadmodum bipes continet id quod habet pedes, & hoc ea ratione dictum esse puto, quoniam in ipsis accidentibus multitudo formarum non est, quando differentia inferior ab eodem sumitur à quo & superior, at substantiæ perfectiores sunt prædictę & ipse longe pluribus formis, quarum vna superior & altera inferior ab altera differentia ducitur, ibi autem de partibus scilicet animalium sumit differentias ab accidentibus ipsorum animalium quę magis nobis nota sunt, quàm eorum formæ. asserimus igitur postremam differentiam, quam in substantiis animaduertimus dupliciter spectari posse, vel vt significat totam atque integram rei formam conflatamq; ex prioribus & posterioribus formis, à postrema tamen vltimata nominata, hocque modo in vltima hac differentia omnes aliæ differentiæ continentur superiores atque definitiones harum esse differentiarum. alio autem modo sumitur ipsa differentia vt non totam formam referat, sed duntaxat posteriorem & nobilissimam formę partem. hac ratione superiores differentias non continet, sed perficit, quare aut proximo B generi hæc afferenda est, aut aliæ differentiæ ponendæ sunt. quæ verò Scotus finxit de forma organizationis quanti sint momenti supra docuimus. eius verò ratio nullam firmitatem habet, præter id quod formam mixtionis in quolibet alio ente naturali citra elementa ponimus etiam canem mortuum pręfocatum forte cum deorsum ipse tendat, non eũdem numero motum quem viuus faciebat complere. mortui quidem canis motus ab elemento est prædominante, viui autem est quidem à prædominante, refragatur tamen anima. Bacconus verò tametsi quæ dicit nullius sunt momenti, propositionem tamen quandam in medium attulit quæ ad hanc rem probandam magnam vim habere videtur, nempe forma nobiliore accedente, deteriorem & priorem corrumpi in agente inquam duntaxat naturali, quoniam vnius ortus, alterius est interitus. similiter alia est propositio, qua hoc illud idem probare videtur, vt corruptio est mutatio totius in totum nullo sensibili remanente. quæ omnia si recte intelligantur quemadmodum illa exponemus in tertia sectione, tantum abest vt sententiam suam illi assequantur, quod nostram maxime firment. & de hac difficultate hæc dicta sufficiant.

C

Num formæ partium dissimilarium differant specie an accidente.

Opinio varia Latinorum. *Cap.* VII.



PARTES ipsius animantis ab Arist. 1.de hist.animalium, 2.de partibus, & ab Hippocrate & Galeno in duplici serie ponuntur. aliæ verò similares atq; homogeneę dictæ vt caro & os: alię verò dissimilares eterogeneę & organicę dictę, vt os cum carne & sanguine & neruis, ex quibus constat manus. priores similares partes diuiduntur in partes sibi similes vt caro in carnes, & ob hanc causam similares appellantur. in quibus apertissimum est vnicam formam substantiæ esse in toto similari & singulis eius partibus. ob eandem enim substantiæ for D mam caro est caro & pars eius, quare apud Philosophos nulla in illis est controuersia. posteriores verò partes eterogeneæ atque dissimilares quæ aptæ secari in partes dissimiles sunt nõ autem in similes, quapropter eas dissimilares nominamus. in istis apud peripateticos magna est controuersia, in quo grauia & difficilia admodum versant, num scilicet ob eãdem formam substantiæ caro est caro ob quam neruus est neruus differentes solum accidente, an ob aliam substantiæ formam neruus est neruus & ob aliam caro est caro? priorem præsentis difficultatis partem Latini nonnulli quemadmodum est Diuus Tho. insequuntur & defendunt, nempe ob eandem formam neruum esse neruum ob quam carnem esse carnem. his argumẽtis multitudo entium absque necessitate non est ponenda. melius enim est finita & pauciora facere quàm plura & infinita, Arist. 1. Physi. teste. at plures substantiæ formas in carne & osse ponere nulla cogit necessitas. per vnam enim perfectam formam continentem quidquid aliæ formæ continent & ob quam caro est caro & ob eandem neruus est neruus ponentes asserunt. quas omnes partiales formas in virtute superior continet, ergo vna est forma ob quam caro est caro, & neruus est neruus. Præterea corpus viuentis est continuum, ergo ex diuersis specie

Cap. 5.

Cap. 1.
Cap. 1.

1. par. q. 76. art. 4.

formis in singulis partibus constare non potest, quæ enim specie differunt quo modo ex illis E
vnum continuum erit? Ad hæc maius est discrimen in potentijs ipsius animæ quàm in par-
tibus mixti, vt in visione, in auditu & in tactu. manifestum est autem, quod in his actionum
differentijs animæ sentientis plures formas ponere nequaquam cogimur, ergo nec in mixti
partibus à diuersis actionibus obeundis plures licebit ponere formas. Amplius, ex duobus
quæ mutuo numero differunt vnum numero coalescere nō potest, ergo nec ex pluribus quæ
specifico distant interuallo animal vnum specie constare potest. Ad hæc, Aristo. 2. de Anima
tradidit, animalia aliqua decisa viuere, aut propter id quod modico indigent alimento pauco
in illis existente calore, aut propter eorum viscositatem spiritus prohibentem vitę datores ꝓ-
silire. accipiatur ergo animalium istorum aliquod, vt lacerta, diuisaque ab illa pars viuit, tūc
autem petunt, vel est anima vnius speciei in vtrisque in parte. s. lacertæ diuisa, in totaque ipsa
lacerta, vel alterius speciei. si primum dabunt, habetur id quod intendunt, vnicam scilicet
esse in animalis corpore animam, ob vnamque formam partes dissimilares esse constitutas. si
secundum dabunt, tunc lacerta vna diuisa erit in plura specie animalia; Præter hæc, quemad-
modum aliquod est ens, ita est vnum, & vti perfectius ens, ita perfectius vnum. ens enim & F
vnum conuertuntur 4. Metaph. author est Aristo. atqui animal perfectius est ens quam ignis,
igitur perfectius vnum. manifestum est autem quod ignis vnum est elementum propter vnā
formam, igitur animal ob vnam formam erit vnum animal. Ad hæc si in qualibet animantis
composita atque dissimili parte vnaquęque esset forma, tunc animans ipsum plura esset vnū
supposita, quoniam vnaquęque forma cum ipsa materia vnum constituit suppositum, quare
si plures sunt formæ cum ipsis materiæ pluribus portionibus plurima simul euaderent sup-
posita. Præterea tunc digitus mortuus non esset ęquiuoce digitus, quoniam apud aduersa-
Tex. 35. & 39 rios propriam obtinet formam contra philosophum 7. Diuin. Item, si forma carnis specie di
staret à forma ossis, tunc præparatio qua educitur forma carnis ab ea qua forma ossis produci
tur, specie etiam distaret. formæ enim diuersæ præparamenta diuersa requirunt. id autem con
sequens falsum esse ita probant, quoniam tunc anima quæ est educta in carne specie differret
ab ea quæ est in esse anima educta: hos autem arguunt nonnulli alii Latini, quemadmodum
7. Metaphysi. quæst. 17. 4. sent. dist. 11 est *Scotus* eiusque asseclæ, pluribus rationibus; diuersę & specificę actiones arguunt diuer- G
sas atque differentes specie formas, à forma enim prouenit esse atque actio omnis, nec via
philosophis ad formas atque causas nobis abditas inuestigandas alia cognita fuit, quàm illa-
rum actio. atqui animalis partium compositarum atque dissimilarium actiones specie adin-
uicem differunt, vt sensui manifestum est. alia enim est operatio cordis, alia epatis, atque ce-
rebri, ergo illarum formæ specie adinuicem distabunt. Amplius, præscindatur digitus, tunc
quærunt vel digitus abscisus habet eandem formam quam prius habebat, vel aliam de nouo
formam acquirit. si primum dabunt, habetur, inquiunt, id quod petimus, præter animam
formantem fore aliam formam. secundum esse non potest, tum quoniam omnem generatio-
nem præcedit alteratio. hic verò nulla apparet alteratio, sed tātum motus localis qui est absci-
sio, ergo de nouo aliqua forma in digito gigni non potest. tum etiam, quod esset aliqua ge-
neratio momentanea quemadmodum retro & nos etiam docuimus. Ad hęc, vna forma mixti
non potest tot & varias mixtiones quæ in corpore animalis reperiuntur informare. est enim
cerebrum temperamenti frigidi & humidi, vel vt aliis placet, frigidi & sicci, cor calidi &
sicci & sic de de singulis, ergo nequit esse vnica mixtionis forma in omnibus animantis par- H
tibus, sed quot sunt partes, tot sunt temperamenta, & similiter tot formæ diuersæ. Item, in-
Cap. 4. quit Philosophus in 3. de partibus animalium, cor in animalis corpore (tam & si Hippocra-
tes cerebrum voluerit, Galenus quandoque epar, sed postea vmbilicum dixit, cui consentit
Plinius & veritas) prius generari, deinde reliquas partes, cum autem omnis generatio
ad propriam formam terminatur. sunt verò & plures partium animalis ge-
nerationes & illæ quidem successiuę, ergo in singulis partibus sin-
gulas esse formas palàm est. Alias verò rationes quæ
istorum plures formas probant supra docui-
mus, & quæ nam apud illos for-
ma sit mixtionis, ex his
quæ retro dixi-
mus palàm
est.

Refelluntur

A

Refelluntur Latinorum opiniones. Cap. VIII.



VAMVIS præſentis difficultatis ex his quæ de formarum multitudine diximus ſolutio, & veritas haberi poſſit: plures enim formas (quatuor primis mundi corporibus exceptis) in quolibet cōpoſito ſtatuimus, firmiſque demonſtrationibus, Ariſtotelisque teſtimonijs ſtabiliuimus, atque reiecimus illam in ſolo animantis corpore à Scoto excogitatam formam mixtionis: tamen habet quid vtile ſeorſum illam examinare, & ſi aſſerentibus in vno compoſito plures formas, etiam ipſis formas partium diſſimilarium contingit affirmare, nihilominus hoc particularibus demonſtrationibus eſt nobis aſſerendum, atque his rationibus quæ ad plures formas partium animalis diſſimilarium per ſe atque via directa probant, non autem contentis vniuerſalibus & illis per accidens & via indirecta probantibus, age igitur ambas horum Latinorum ſententias
B diſcutiamus & examinemus, atque à prima quam primo recitauimus auſpicabimur. Ariſt. *Cap. vlt.*
4. Meteor. aſſeruit calidum & frigidum efficere carnem & os & pilos atque omnia hæc membra differre caliditate, frigiditate, mollitie atque his accidentibus quæ vel ipſorum formæ ſunt, vel temperamenta quæ proprijs eorum formis annexa atque ligata ſunt; ſimiliter 1. de *Cap. 1.*
partibus, & de longitudine & vitæ breuitate, ex calido, frigido, humido & ſicco mortem, vitam, iuuentutem, ſenectutem & omnia alia quæ infra Lunam fiunt proficiſcuntur, hinc in animalium ſemine omnia quatuor exiſtunt elementa. ex ea enim parte ipſius quæ eſt frigida & ſicca efficiuntur oſſa, nerui atque pili & vngues quæ terrea ſunt vt inquit Ariſt. in 1. & in *Tex. 79.*
3. de Anima, ex ea autem parte quę calida eſt & ſicca cor atque bilis, ex ea autem quæ eſt calida & humida caro & ſanguis, & ſic de alijs ſingulis. Animaduertendum autem vlterius in quolibet iſtorum animantis membrorum eſſe alicuius elementi prædominium vt in oſſibus, pilis & vnguibus & humore melancolico terram, in cerebro, pituitaque aquam, in corde & bile ignem, in carne & ſanguine aerem. hæc omnia etiam Medici vt Galenus & Hippocrates docuerunt, ipſa etiam experientia duce. his itaque iactis ita inſtamus, quorum membrorū ea quæ prædominantur elementa ſpecie differunt & membra ſpecie differunt, atqui membrorum diſſimilarium animalis, vt oſſis, carnis, ſanguinis ea quæ prædominantur elementa in illis ſpecie differunt, ergo membra hæc animalis diſſimilaria ſpecie mutuo differunt, quare diuerſis erunt ſpecificis prędita & ipſa formis. ſecunda præpoſitio ex his quæ ſupra diximus manifeſta eſt. prima præpoſitio inductione prius, deinde ratione & Ariſt. teſtimonio comprobatur. corpora enim grauia ſpecie & genere à corporibus leuibus nulla alia ratione differunt, niſi quod illorum prædominatur terra, iſtorum verò ignis, aut aer, quæ ſpecie & genere mutuo differunt; ſimiliter piper à lactuca differt, quoniam in illo prædominatur ignis, eſt enim piper acre, quare calidum & ſiccum atque igneum, in hac autem aqua atque frigida & humida quoniam ſomnifera. ſimiliter in cęteris plantis hoc videre & ſpeculari licet, ſimiliter autem & circa humores. alia enim eſt ſpecies ſanguinis ab ea quæ eſt humoris melancolici, quoniam illo aer, in hoc verò terra quę ſpecie adinuicem differunt. Præterea motus atque actio ſequitur id quod in aliquo ente prædominatur, ex 1. de cœlo. vnumquodque enim ope- *Tex. 8. & ſeq.*
D ratur ſecūdū id quod habet in exceſſu & prædominio, ergo ſi ea quæ excedunt & prędominātur ſpecie diſtabūt, actiones & illorū operationes ſpecifico ēt diſcrimine differēt, quare & ipſa ex his q̄ excedūt & prędominant entia cōpoſita ſpecie ēt diſtabūt, ſpecificis inquàm diuerſis prædita formis. Adhęc, vniuſcuiuſque rei amplior pars atque excedens rem illam denominat, eamque conſtituit, ergo ſi illa mutuo ſpecie diſtabunt & res quæ ab illis ſunt, ſpecie diſtare rationabile eſt. Vlterius, Ariſt. 1. de Cœlo, nulla alia methodo cœlum ab his quæ infra lunam ſunt elementis entibusque corruptibilibus ſeparauit, præter quod cœlum diuerſam habet operationem ab his quæ hic ſunt corpora. In his enim prædominatur, atque excedit elementorum aliquod leue aut graue cuius merito operantur. Sed quiſpiam in hęc obſtabit, ferrum candens à maiori parte eſt terreum. oſtendit enim ſua deorſum latio, magis tamen calefacit quàm flamma quæ à maiori parte immo tota eſt calida, an ferrum candens ab ampliori parte etiam eſt igneum? ſed illa aduentitia atque extranea. at quoniam in corpore reperitur magis denſo, ea ratione caliditas fortius operatur quam in flamma cum ſtuppa, exiſtente hac materia rara in qua minus caliditas poteſt agere, vt 2. de Partibus teſtatur Ariſt.


Tex. 66.

1. de ſanitate tuenda. cap. 2.
C *1. Aphoriſ. 15*

demum

demum iterum quispiam abstrahit. excessus elementi ampliorque eius pars in aliquo ente est ob suam qualitatem, ergo si illi elementorum excessus specie distabunt, qualitates specie distare concludere potius quam formas rationabile est. an autem si qualitates in aliquo excedent ente & formam etiam excedere operęprecium est. sic enim constat Auer. in Auicen. 3. Cœli, elementorum enim qualitates ab eorum formis inseparabiles sunt. an etiam quoniam mixtum erit, & secundum substantiam non qualitates solum vti retro probauimus. quare si erit in mixto excedens & prędominans aliorum elementum, amplior etiam erit in illo mixto forma substantię amplioris elementi atque excedentis. an etiam secundum Hippocratem asserendum est, vt Galenus testatur in omnibus mixtis idem esse formam, naturá, calorem, innatum & in animalibus animam temperiem, quare si temperamenta specie distabunt & formas distare oportet. sunt enim apud Hippocratem medicinæ & philosophię parentem hæc duo idem. pręterea si partes dissimilares vnam & eandem haberent formam, ergo partes dissimilares essent similares. id autem quod consequitur ita probatur. legimus apud Arist. partes similares eandem habere formam inter se. eadem enim est forma carnis & huius carnis, sanguinis & huius sanguinis, quare si partes dissimilares vt neruus & os eandem haberent formam vt hi asserunt, tunc partes dissimilares essent similares & è contra. modo autem sunt partes dissimilares quæ dissimiles habent formas. præterea si partes dissimilares vnam haberent formam, tunc animal non esset ex diuersis partibus constitutum, quare vnum esset elementorum simplex, ergo non doleret, vt diuinus inquit Hippocrates in libro de natura humana. hoc autem quod consequitur ita probatur. quoniam omnis diuersitas prouenit à forma. est enim actus qui separat & distinguit nono libro Metaph. nec mébra leonis differunt à membris cerui præter quod anima leonis differt ab anima cerui, 1. de Anima, teste Arist. quare animalis eandem partes dissimilares formam habentes, vt hi aiunt eędem essent & non diuersæ, quare animal ex diuersis non esset constitutum partibus, quod etiam est præter sensum. constat enim animal ex carne, neruo, osse, sanguine &c. Adhæc probatum est supra actu, tametsi remisso in quolibet mixto inesse secundum substantias & qualitates elementa, idcirco asserendum est in singulis partibus singulas esse formas: petant verò studiosi contra hanc opinionem alias rationes quas contra hanc sententiam retrò ereximus. Secundam verò opinionem supra satis etiam reiecimus, tametsi in aliquibus nostram sententiam firmissimam reddit, in aliquibus verò ab ipsa discrepamus, siquidem formam illam mixtionis atque organizationis substantialem negamus, sed secundum Arist. ad quatam speciem qualitatis referendam duximus. Amplius totum apud Peripateticos nil aliud est quam partes, quemadmodum separato loco demonstrabimus, ergo præter partiales formas mixtionis alia mixtionis forma totalis non est ponenda. præterea si isthæc mixtionis forma in animantis corpore ea ratione esset, propterea quod ob illam animal est corpus, tunc in elementis illam inesse etiam oporteret. sunt enim & ipsa corpora, hoc verò ab ipsis non conceditur & à nobis etiam supra explosum est. Item in Auer. Scotus ita instat, non esse necessarias formas in rebus inanimis elementorum, quoniam ab eorum formis virtute illæ continentur, ita etiam & nos instamus. formæ mixtionis partium dissimilarium virtute contineri possunt sub forma illa mixtionis vniuersali, quare illarum altera superflua est. adhæc digitus bis foret mixtus vna quidem mixtione formæ particularis. altera autem formæ vniuersalis. Demum veteres Peripatetici nec quidem hanc formam mixtionis somniarunt, nec locus Arist. est, qui possit illis fauere, quare figmentum est horum sententia.

Com. 67. | 1. Aphor. 14. de rigore & tremore. c. 6. | Tex. 22. | E | F | G | H



Opinio

A

Opinio propria ac euersio rationum Latinorum. Cap. IX.



Os autem dicimus (natura monstrante viã,& Arist. testimonio) in cõpositis & dissimilaribus partibus formas specie diuersas inesse. cum enim alia longeq; diuersa sit operatio carnis ab ea quæ ossis est, rationi consentaneum videtur, aliam specieque distinctam esse formam, ob quam caro est id quod est caro, ab ea ob quam os est id quod est os. nec peripatetici concedunt ab vno vti vnum est diuersa specieque distincta plura prouenire, vti 2. de Generatione & Interitu, & 4. Meteororum Arist. monuit. quomodo ergo vnicã & illam simplicem animam neruum, os, carnem alioquin sensibus diuersa informare & ab ea tot esse diuersa, vt carnis, ossis, nerui emanare dicere possumus? Accedit & illud quod ẽt supra monuimus omnibus harum dissimiliũ partiũ temperamenta medicis & Philosophis lõge diuersa longeq; dissimillima specie inquã distincta videri, quare & earũ formas specie di-
B stinctas fateri rationabile est, idcirco ex his firmam stabilemque nostram sententiam plures nempe & illas specie distinctas partibus dissimilibus inesse formas omnibus manifestum esse arbitror. Sed dubitabit forte quispiam aliquis, mortuo animali corpus vnum multo temporis processu permanere videmus, à quo igitur illam vnitatem corpus seu cadauer illud habet? ab aliqua enim forma habere necesse est, author enim ipsa vnitatis sola est, quemadmodum materia multitudinis, ergo fateri necesse est, aut à forma mixtionis atque organizationis à Scoto excogitata, vel ab alia noua forma priore vnica quam corpus viuens habebat, deperdita: vnitatem corpus seu cadauer illud habere, quorum vtrumque contra nostram firmatã sententiam est, & retro à nobis eiectum atque reprobatum fuit. An autem asserendum est carnem, aut os posse bifariam spectari, altero quidem modo vt hæc sunt animata atque vt ex illis manus constet, cuius officium est res capere, constringere, cui allegatas alias partes vt neruus est & alia necessaria intelligi volo, hoc autem modo priore forma anima deperdita ęquiuoce sunt talia, carent enim propria operatione quam prius dum erant animatę habebant.
C altero autem modo considerari & spectari possunt, vt sunt sine anima, nempe vt mixta corpora solum & hoc pacto sunt adinuicem copulata per accidens, quam quidem figuram cadaueris substantiam esse non existimamus, sed quartam speciem qualitatis, & partes animalis mutuo copulatę sunt, non vi, aut externa aliqua connexione, sed natura, Arist. teste 7. Metaph. *Tex. 56.*
illam ergo vnitatem partium dissimilarium cadauer habet, non ob aliam ab illis dissimilatibus partibus distinctam formam, quare manus figuram qua est prædita non habet ab alia forma distincta substantiali à forma vniuscuiusq; partis, vt nerui, ossis, cartilaginis ipsam integrantis, hoc verò eo coniectare possumus, quòd partes ipsam manum constituentes, vt neruus & caro separatæ ipsius sunt constitutiuæ, quare id quod ex his quæ actu sunt substantiæ compositum non est, bene autem accidentis 8. Metaphys. ergo forma manus accidens erit & *Tex. 15.*
figura quartę speciei qualitatis. Aduertendum autem est, eandem figuram quò ad fundamentum (vt nostrates aiunt) in partibus dissimilaribus in mortuo & in viuente animali inesse, quo autem ad formam non eandem, etenim in viuente animali sociata erat cum ipsa anima atque opera vitæ exercebat. in mortuo autem eisdem non vtens operationibus & anima or-
D bata ęquiuoce ab Arist. non semel dicitur. Dubitabit autem vlterius quispiam quomodo genera eandem vel diuersam à speciebus formam significent? nisi esset quod duplex est genus, alterum analogum quod ad vnum vel ab vno Grçci interpretes nuncupant, alterum verò vniuocum; in priore autem genere non est distincta & diuersa forma generis à formis specificis (dicant quicquid velint Latini) non enim ob aliam formam beatę mentes sunt substantiæ, ob aliam actus purissimi, atque ob aliam entia, cum ipsæ simplicissimæ sint substantiæ. Accederet & illud pluribus coaugmentatus Deus Opt. Max. esset alioquin simplicissimus & ipse formis, quare genus analogum ab his formis quæ specificæ sunt formam diuersam non significant, sed vnam atque eandem; genus autem vniuocum aliquod nec & ipsum aliquam formam diuersam à specificis formis significat. etenim apud Auer. in Porphirij isagogis plurimisque alijs in locis genus caducum supremum in substantiæ cathegoria est, nec formam à specificis formis aliam significat, alioquin corpora mundi simplicia vnica contenta forma, vt retro demonstrauimus, pluribus essent composita formis, aliquod autem genus vniuocum habet formam à specificis formis distinctam, illud inquam quod præclariorem ac nobiliorem

liorem ſpeciem habuerit ſub ſe quemadmodum animal non diuerſam à forma equi & leonis E formam ſignificabit, alioquin equus bis eſſet ſentiens: cum verò de homine rationis compote prędicabitur, longe diuerſam formam ab homine ſignificabit. abundat autem homo ab animali quoniam rationis eſt compos, & hoc apud Latinos & noſtram catholicam veritatem quæ aſſerit animam rationis compotem hominem conſtituere. Similiter viuens formam à ſpecialibus formis viuentibus diuerſam non indicat, verum inter illas viuentes ſpecies vna eſt cæteris nobilior atque præclarior, ad quam accedit ſenſus, idque animal brutum, quare brutum animal per aliam formam erit viuens, & per aliam ſentiens, quoniam anima ſua ex ſentiente & viuente conſtabit. hinc à Simplicio 2. Phyſicæ auſcultationis, ac 3. Cœl. viuentia potius habentia corpora quàm corpora appellantur. Idcirco concludendum eſt quod in genere vniuoco reſpectu ſpecierum quæ ſub ipſo ſunt ignobilium non diuerſa erit forma ab illis quæ ignobiles ſunt ſpeciebus. at quoniam in his ſpeciebus aliqua reperietur ſpecies cæteris abſolutior atque præſtantior, quæ præter illas formas ignobiles ſuppeditantes velut materia vt retro diximus ipſi habet formam perfectiorem omnibuſque numeris abſolutam, &

Tex.43. ab hac ſpecie re genus ipſum diſtinguitur. quam ſententiam his verbis 7. Metaph. explicauit F Ariſt. aſſerens genus aut non eſt præter ſpecies, aut tanquam poteſtas & materia. quæ quidē propoſitio quo ad omnes partes vera eſt. in ſpeciebus enim quæ minus perfectæ ſunt genus non diſtinguitur ab illarum formis, quare genus non eſt præter ſpecies imperfectas atque ab illis re non diſtinguitur. in perfectiore autem & digniore ſpecie genus formam ſignificat, à forma ipſius longe diuerſam, quæ ſe habet tanquam materia & poteſtas ad abſolutiorem & perfectiorem formam recipiendam. quo fit, quod aliquando voluerit Ariſt. in definitione accipi genus proximum & differentiam proximam, aliquando autem genus remotum ſed differentiam proximam. atque hoc ea ratione Philoſophum voluiſſe arbitror, quoniam quando ſpecies perfecta definitur vti homo, quæ habet genus proximum ab ipſa differentia diſtinctum, qua in re nugatio nulla committitur. quando verò ſpecies imperfecta definitur ſumendum eſt genus remotum ne committamus nugationem cum differentia proxima. idem .n. ſignificare ſupra diximus. quibus ſic iactis ac ſtabilitis aduerſas Latinorū rōnes ſoluere nō erit difficile. Ad primam itaque aſſerimus, varias eſſe neceſſitates, prima quidem vt contradictio euitetur, ſecunda autem quoniam generatio ſine alteratione eſſet, tertia quia repugnat G ſenſibus, quarta quia nullum eſſet mixtum in quo formæ elementorum ineſſent. & multæ aliæ ſunt neceſſitates quæ ex retrodictis commode colligi poſſunt. Ad ſecundam, falſum exiſtimamus, quæ ſunt diuerſa ſpecie non poſſe mutuo continuari, arbor enim arbori inſeritur atque continuatur ſpecie ab illa differens, & caro arida carni viuenti continuatur, nec corpus ipſum viuentis vere continuum eſt, etenim parte vna mota, reliquam moueri non eſt neceſſe. Ad aliam verò aſſerimus, maximum fore dubium, num pars lacertę diuiſa ſit vnū animal, an plura, hoc enim abunde in 2. de Anima pertractauimus. ſatis enim eſt nunc dixiſſe vnum eſſe animal, vnamque habere formam vltimam atque ſpecificam. Ad aliam verò dicimus quod duplex eſt vnitas, altera perfectionis qualis eſt in ipſo compoſito, altera indiuidua quæ non infert perfectionem qualis eſt in elementis. ſimiliter aſſerendum eſt, vt ſupra diximus, plures eſſe formas in vno compoſito quæ adinuicem ſunt ſubordinatæ atque partes illius vltimi actus, vt retro docuimus. Item aſſerendum eſt, digitum bifariam poſſe ſpectari, vno modo vti digitus eſt, atque viuus, & ſic ęquiuoce abſciſus dicitur, alio H modo vt mixtus eſt, & hoc pacto idem eſt. Ad vltimam verò aſſerendum in carne & oſſe eandem eſſe animam, differunt autem formis proprijs; Scoti autem rationes noſtram ſententiam firmāt, præter id quod formam mixtionis ponunt, quam ſupra ſatis reiecimus, prætermittantur: quæ autem de hac difficultate eſt noſtra ſententia ex dictis manifeſta eſt.

Sectionis ſecundæ, finis.

QVINTII BONIOANNIS CALABRI TROPIENSIS, PHILOSOPHIAM NEAPOLI PROFITENTIS,

Peripateticarum disputationum, De principiis Naturę, SECTIO TERTIA.



PRÆFATIO.



Is itaque, quæ ad naturæ proprietates principiorum accidebant difficultatibus discussis & rite examinatis, ac nostrum animum ancipitem in illarum principiorum essentia percipienda reddentibus exclusis: iam reliquum est ea, vltima hac sectione docere, quæ prius eramus polliciti: nempe substantiæ naturam explicare concretæ, ac difficultates sicut in reliquis prioribus accidebant circa hanc naturam concretam contingentes remouere, & finis ferè erit nostri propositi constituti. sed C *mirandum profectò omnibus videri debet libri inscriptionem sententiæ & materię quæ tractatur nequaquam respondere. absurdum enim est aliam esse materiam quę tractatur ab ea quæ inscriptione tractari significatur. de principiis enim naturæ est libri inscriptio, quare ergo concretorum ex illis difficultates aggredimur quę potius à natura, quam naturæ sunt illa quę natura constant? nisi esset quod libri inscriptio ab ea quæ tota tractatur materia non perpetuo sumitur, sed à maiori atque ampliori parte, quemadmodum docuerunt Olimpiodorus & Philoponus in additu primi libri Metheor. ab his quę in sublimi fiunt lib. Arist. inscripsisse aiunt. tametsi multa etiam quę in subterraneis fiunt locis ibidem dixerit philosophus. at quoniam eorum quæ in sublimi fiunt amplior est pars quam eorũ quę in subterraneis locis generantur, hac ratione ab ampliori parte liber Metor. nuncupatus est, hoc est, eorum, quę in sublimi generantur. quare liber hic noster ab ea quę maior est parte (sunt enim duę sectiones quę de his principiis differunt) inscribitur. vltima verò hęc pauca quędam, ne interruptus sit noster sermo de concreta substantia verba facit: cur ergo ita inscribitur ex dictis manifestum est.*

D

Num in substantiæ compositæ interitu dissolutio fiat vsque ad primam materiam.

Explicatur sententia difficultatis. *Cap. 1.*



VBSTANTIA, quæ ex materia & forma ipsis etiam substantiis vel potius substantialibus partibus vti Simplicio 1. Physic. placet, existentibus concreta coalescit illis omnibus lõge pręclarior atq; nobilior extat vtrisq; magis substantia, & magis ens, vt illustrioribus Peripat. placet, quẽadmodum supra & nos docuimus, primaria à natura intentione intenta, quę & per se oritur & per se interit: partes verò illã constituentes nec interire nec oriri in Platonẽ, non semel Arist. concludit: extat verò duplex entis interitus. quẽadmodum & ipsum ens duplex est, altera substãtiæ, altera accidentis, quẽadmodũ 1. Physi. & 1. de Ortu & Interi. Arist. testat'. hi verò sic differunt interitus vt Auer. 1. Phys. monet. *Cõm. 63.*

quod in ſubſtantię, interitu nomen & definitio deperduntur, quēadmodum in accidentis interitu, & nomē & definitio in munia ꝑmanent. de priore igitur ſubſtantię interitu pręſens eſt noſtra difficultas, num ſit vſq; ad primam materiā diſſolutio. dico aūt hoc qđ idem eſt an in aduētu nouæ formæ materia prima oēs exuat ex ſe ipſa formas oīno, adeo ꝙ nulla formarum q̄ antea in materia prima ꝑerat, ſub noua forma genita amplius ſit & perſeueret, & vt exēplis rem manifeſtemus, an quando canis interit neceſſe eſt oēs canis formas interire, adeò vt materia nullam de nouo formam poſſit recipere aliqua præexiſtente canis formarum ſuperſtite? magna porrò & difficilis per admodum qō eſt, qđ variæ & diuerſæ tot illuſtriū philoſophantium ſnię monſtrare poſſunt: nos verò cōſueto noſtro more alioꝝ placita prius referemus, deinde q̄ nos opinamur. E

Opinio prima Latinorum. Cap. II.



Atinorvm nōnulli vti eſt D. Tho. & alij in ꝓpoſiti ſolutione probl. aſſerunt in quouis ſubſtantiæ interitu vſq; ad materiam primā diſſolutionem fore neceſſariam nimirum ſuis conſona in medium afferentes quæ tenent principijs. vnius. n. cōpoſiti vnicam eſſe formam volunt, vt retro diximus. quo fit, vt niſi hæc vnica interierit forma materia recipere non pōt aliquam aliam formam. F hac igit̃ forma diſſoluta vſq; in materiam primā ſit in interitu ſubſtantiæ diſſolutio. adhæc Ariſt. 1. de Gñone interitū vult eſſe totius in totū nullo ſenſibile remanente quod ante erat mutationē. quare in interitu ſubſtantiæ vt oēs formas materia deperdat opus eſt, ergo vſque ad materiam primā erit diſſolutio. adhæc niſi foret vſque ad materiam primam, diſſolutio, nunquā naturalis philoſophus ad cognitionem materiæ primæ habendā veniret. via. n. qua à phiſico cognoſcitur eſt via mutationis, ergo vt oēs formæ intereant neceſſe eſt. ad cōpoſitum. n. aliquod nos duceret trāſmutatio non ad materiam primā, quare vt vſq; ad illā fieri diſſolutionem operępretium eſt. ꝑterea ſubiectum ortus ſubſtantiæ & interitus eſt ens in
Tex. 39. potētia, quare ſi aliqua forma remaneret ſubiectū eſſet ens in actu. ꝑterea 7. Diuin. digitus mortuus ęquiuoce dr̃, ergo nulla forma ꝙ antea in viuo digito præerat nunc eſt. Rurſus agēs quodlibet naturale non pōt formam in materiā ducere niſi prius ꝑiacentem corrūpat, ꝙa vnius ortus eſt alterius interitus, ergo oēs formas interire neceſſe eſt. quare dabitur vſq; ad materiam primā diſſolutio adhæc in illa diſſoluimur, ex ꝗbus conſtamus vt 2. de Aīa, & 2. de Gñone & Corrup. teſtatur Ariſt. conſtamus verò ex materia prima vſque ad ipſam fieri diſſolutio debet. G

Opinio ſecunda & tertia Latinorum. Cap. III.



Lii verò Latini ſuperioribus ex diametro oppoſiti bipartiti ſunt, q̄m ex illis aliqui penitus diſſolutionem vſque ad materiam primā non fieri ſed penitus non negant. in mixtis. n. renuunt, in ſimplicibus verò affirmant, ſed nos prioris ſententiæ argumenta prius ꝓſequamur. ij verò ſunt qui penitus diſſolutionem negant aſſerentes formam illā ſubſtantiæ vl̃em cuius ſupra meminimus, ęternam vnā numero ipſiq; materiæ coęuam generans, ergo naturale indiuiduas & particulares formas corrūpens alias de nouo inducit, ſed nullo vnquā modo hanc formam vl̃em corrūpere valebit, quam ſnīam his firmant argumentis. ſi diſſolutio vſq; ad primā materiam fieret alterum horum eueniret incōmodum, vel eodem tēporis momento duo forēt in eadē materia portione contraria, vel aliquo tēpore materia abſque omni prorſus forma inueniretur in rerū natura quæ oīa ita deducuntur, fiat diſſolutio in interitu canis vſq; ad materiam H primam percōtantur, vel eodem tēporis momento. portio materię eſt ſub forma corrupta & ſub forma generanda, vel alio & alio momento. ſi primū dabunt, ergo duo contraria eodem tēporis momento ſimul eſſe poſſunt, nēpe forma corrupta & forma generanda, qđ eſt primum incōmodum: ſi verò ſecundū mēbrum dabunt, ergo ſine omni forma materia prima in rerū natura inueniretur, q̄m ſi ſub vno tp̄is momento materia prima eſt ſub forma corrupta: ſub alio verò ſub forma generādo inter duo momēta cadit tēpus medium. momentū. n. momento non eſt contiguū, aut contiguum, nec conſequens, vt 6. Phyſi. Ariſt. demōſtrauit, quare in tempore illo medio ab omni prorſus forma materia in rerum natura nuda inueniretur, ergo vſque ad materiam primā diſſolutio non eſt concedenda. Amplius, formarum quarum vna perfectio eſt alterius, atque illi cohærens illa accedente reliquam priorem corrumpi non eſt neceſſarium. at multæ ſunt formæ quarum vna eſt perfectio alterius vt retro monuimus, in vno cōpoſito, quarum vna continetur ſub alia atq; ab illa perficit̃ vti in homine aīa vegetatiua ſub ipſa ſentiente, ergo in Interitu ſubſtantiæ non eſt neceſſaria diſſolutio vſque ad materiam primam. prima propoſitio atq; ſecunda

A cunda ex retro dictis satis manifestæ sunt. Adhęc si dissolutio vsque ad materiam primam esset possibilis, tunc aut inane in rerum natura concederetur, aut motus aliquis in instanti hoc est in non tempore esset, quæ omnia sunt contra Arist.& ipsam naturam. quæ omnia ita deducuntur. fit materia ope agentis præparata atque disposita, vt animam hominis recipiat cogitatiuã, vel alicuius alterius animalis, percontantur vel materia eodem instanti quo anima cogitatiua inducitur est in eodem loco, in quo prius erat aut non, si non est in eodem loco cum in priore loco nullum contingit corpus ponere, in quo erat materia prima erit inane, si verò eundem quẽ prius occupabat locum nunc occupat, cum in illa materia quæ corrupta est sit quantitas pręexistẽs (quoniam apud aduersarios facta est resolutio usq; in materiam primam) sit alia de nouo genita quantitas, consequi necesse est vt hęc quantitas in instanti sit introducta. sed quoniam ad quantitatem est motus, sequitur vt motus sit in instanti. Alij verò quemadmodum Scotus & qui illum sequuntur de hac re multa in eorum scriptis disserunt, quæ omnia ad tria reduci possunt, primum autem eorum dictum est, præsentem controuersiam vel de simplicium elementorum vel mixtorum, & horum vel quæ animata, vel quæ inanimata sunt interitu, intelligi posse. plurimum enim siue hoc loquamur modo, siue illo differt. etenim in interitu elementorum
B atque eorum quæ inanima sunt dissolutio quidem & illa subitaria formarum vsque ad materiã primam fit, in his enim omnibus vnica duntaxat est forma & illa specifica, quo fit vt nullã aliã eorum potest recipere formam materia superstite atque incolumi priore. in his autem quę quauis anima prædita sunt, cum præter eorum animam formam mixtionis quam organizationis Scotus nuncupauit, posuerit, dissolutio vsque ad materiam primam non fit remanente forma mixtionis priore salua. dico autem non fit subitaria, & momentanea. fit autem postea subitaria temporis processu, in quo forma illa tandem mixtionis dissoluitur, dictum est autem supra tenuisse virum hunc quęcunque sunt animata præter animam esse formam mixtionis & organizationis præstare non potente, ex eo quia non quanta est anima munia formæ organizationis vti ipsa valens potensque erat fungi formarum elementorum omni officio; secundum eorum dictum est dissolutionem fore bifariam, alteram subitariam, qualis est elementorum atque inanimatorum eorum inquam quæ ab vnica continentur forma. alteram verò animatorum scilicet,
C in quibus forma. hæc est organizationis temporaneam, & quæ temporis processu absoluitur futuram non multo post momentaneam, tertium eorum dictum est, simpliciter in rerum natura possibilis est hæc dissolutio, siue quæ in tempore, siue subitanea efficiatur.

Refelluntur Latinorum sententiæ. *Cap.* IIII.



OMNINO autem hi omnes aberrare videntur, quæ enim afferunt nec vera sunt, nec Arist. menti consona, quæ omnia partim supra monstrauimus partim monstrare aggredimur. manent autem elementorum formæ cùm mixtum ex illis fit corpus, manet verò & mixtionis forma cum fętus in vtero viuit vita plantæ, & similiter illa manet sentiente accedente. istæ enim formæ mutuo se ipsas seruãt fouentque, quemadmodum ternarius numerus à quaternario accedente fouetur & conseruatur, non autem corrumpitur, & similiter triangulus qui tribus præditus est lineis accedente quatrangulo lineas tres illas non deperdit, sed quarta addita
D tres perficiente quatrangulus euadit. ita sentiente anima accedente necesse non est forma vegetante priuari materiam omniumque accidentium reliquarumque formarum vsque ad materiam primam dissolutio fiat cum formæ de nouo aduenienti posteriori prior non opponitur, sed fouetur atque conseruatur, totumq; quoddam euadit ex partibus atque differentijs prioribus, hoc autem illę duntaxat præditæ sunt munere formæ, quæ subordinatæ à nobis dictæ sunt secunda sectione. Amplius, consueta philosophorum in causis naturæ abditis indagandis Methodus est, ex proprijs & quæ conuertuntur operationibus diuersis aut eisdem diuersam vel eandem formam arguere, quare si eædem operationes, & quæ conuertuntur, eædemq; vires in plantis sunt, dum viuunt, & etiam cum exaruerunt, ergo eadem forma esse debet in planta viuẽte, atque eadem cum exaruerit atque corrupta fuerit, plantis enim corruptio ariditas est Theophrasto 1. de causis plantarum authore, ergo corruptio non omnis formarum vsque ad materiã primam fiat necesse est. Amplius, Arist. 1. de animalium partibus, inquit, in cadauere eandem cicatricem eandemq; figuram quæ in viuente præerat existere, ergo eadem forma quæ præerat in viuo in cadauere esse debet. si enim diuersa est, quodnam quæso efficiens illam tam repente effecerit? an aliquis cęli influxus, aut aliqua occulta causa? illud enim vniuersale efficiens est, *Cap. 1.*

Tex.26. Com.48. quod proximum atque indiuiduum agens requirit 2.Physi.Arist.authore, quod etiam eodem E
libro explicauit Auer.præter id talem cœlorum influxum præter lumen & motum corpora cœ
lestia in hæc inferiora producere in Arist.philosophia non legimus, hoc verò efficiens particu-
lare hic nullum apparet, hoc verò ridiculum, & haud physicum est, illud verò etiam est quod
omnium admirationem superat aliquem motum fore indiuiduum temporeque non metiri con
tra ea quæ 6.Physi.Arist.demonstrauit. etenim dissolutio formæ momento fit accidentia,quæ il
lam formam sequuntur, vel eodem temporis momento, & ipsa corrumpuntur. quod habetur
prædictum absurdum, vel forma corrupta accidentia permanent tempore successiuo corrum-
penda, quod & ipsi, nec fatentur, nec fateri quidem possunt. accidentia enim propria quæ ali-
cui soli formæ competunt illa corrupta à quo esse habebunt? vel quomodo permanebunt? De-
mum, omne sensus iudicium eiusque rationem hæc sententia aufert & rescindit. sensibus enim
omnibus expositum est, mixtum aliquod corpus animatum cum dissoluitur in eius interi-
tu illam nequaquam esse repentinam, atque ex tempore fieri, sed multo temporis pro-
cessu adueniente illud putrefieri & corrumpi ac materiam præcedente forma expoliatam,
aliam recipere. multa itaque alia incommoda atque absurda contra hanc sententiam ad- F
duci possunt, quæ tum haberi possunt ex his quę contra ipsam de formarum multitudi-
ne retro docuimus, tum etiam quiuis vel modice in Aristo. philosophia versatus, ex se po-
test absurda excogitare. Secundam verò Latinorum sententiam longeq; minus probamus, su-
pra enim ostendimus formam illam corporis substantiæ figmentum & chimeram aliquam nul-
la ratione à Latinis effictam,quo fit concedi oportet vsque ad materiam primam formarum ali
quam esse dissolutionem,in multis enim vti in elementis quæ sunt prima mundi corpora atque
simplicia vnica duntaxat est forma. hoc enim monstratum est prius, quare vt omnis forma abo-
leatur in elementi interitu necesse est, ergo vsque ad materiam primam fit dissolutio. Præterea
formæ quæ sibi ipsis opponuntur, oppositisque prędite & ipsę sunt præparamentis atque his
concomitantur dispositionibus oppositis simul cohęrere atque in eodem esse subiecto non pos-
sunt alioquin opposita simul in eodem subiecto inueniri possent. multę autem sunt huiusmodi
formę, quales specificas nuncupamus,quæ & ipsæ oppositæ sunt,oppositisque prędite disposi-
tionibus, vti forma ignis & forma terræ, similiter forma equi & forma leonis. ergo in interitu
istorum vsque ad materiam fieri dissolutionem necesse est. pugnant enim sibi inuicem atq; re- G
liqua accedente alteram interire necesse est; Demum, in illud vsque res resoluuntur ex quo
Tex.49. Tex.82. primo cõstant 2.de Anima & 2.de Generatione & Interitu. res autem naturales ex materia pri-
Tex.22. mum constant. ergo vsque in illam in earum interitu dissoluuntur. Ad hæc, 1.Physic.& 7.Diui
norum, vltimum in quod omnia resoluntur & ex quo omnia fiunt appellat Arist.materiam pri
mam. Tertia Scoti sententia vti supra mihi nequaquam arrisit,ita nunc arridere non potest,osté
dimus autem retro in mistis tum etiam inanimis plures formas esse vti elementorum illasque
remissas atq; mutuo passas,insuper formã illã organizationis voluntate potius, quàm aut rõne,
Tex.56. aut Arist. sententia excogitatã reiecimus,& ad quartã speciem qualitatis esse referendam proba-
uimus.totum enim, vt iam constituimus, nil aliud est quam partes simul iũctę,atque vnum eua
dunt naturæ coniunctione & non ob aliquam formam ex illis exorientem ex Arist.7.Metaphys.
multa demum argumẽta contra hanc formam à Scoto appellatam organizationis à iunioribus
inuehuntur, quæ apud illos petantur. quæ autem attulimus potiora sunt.

Opinio propria. *Cap.* V. H



NOS autem opinamur existentibus formis nonnullis quas subordinatas nostri
passim appellant mutuoque se fouentes & se conseruantes,vti ex his quæ retro
docuimus, cuicunque manifestum esse arbitror.quibusdam verò formis existé
stentibus,quas specificas & non subordinatas à nostris nuncupari sibi ipsis mu
tuo pugnantes & nequaquam cohęrentes aduentuque vnius atque exortu al-
teram recedere atque corrumpi in illis dissolutionem non esse vsque ad ma-
teriam primam, sed in formæ posterioris aduentu prior materiam suppeditat, atque vnum
fit, quemadmodum ex tribus lineis ex quibus confectus est triangulus, vt materia acceden-
te quarta postrema perfectioreque & forma fit quatrangulus totus, ita anima ex posteriore
& priore vna tota conficitur. dubitabit autem aliquis, si ex priore & posteriore anima vt vege-
tabili & sentiente fit vnum quoddam totum. quid est has partes vniens? aut à quo totum vni-
tatem illam habebit? An quemadmodum nulla est ratio quare ex materia & forma fit vnum,
nisi

A nisi quia hoc actus, illud autem potentia, ita ex vegetatiua quæ gerit vicem materiæ & sentiente, quæ gerit vicem formę, fit vnum totum nulla alia ratione, nisi quia hoc actus, illud verò potentia, insuper dubitabit aliquis formæ rerum sunt indiuiduæ, animaque ipsa præsertim quæ nullas habet partes vt in Platonem inuehitur Aristo. 1. lib. de Anima, ergo tota dici non potest & composita. An verò & anima etiam apud Arist. partes habere dicitur vti intellectum partem animæ, qua anima cognoscit & sapit in 3. eiusdem commentario esse tradit vegetatiuum atque sensitiuum partes & animi potentias 2. de Anima, & de iuuentute & senectute appellare solet. illas verò loco non separatas vti Platoni videbatur, similiter formæ vti & animę ipsę indiuiduæ sunt, diuiduæ autem sunt per accidens, & ratione qua in materia reperiuntur vti 8. & 10. Metaph. tradit Arist. quod etiam optime exponens vidit Eustratius Ethic. 6. in istis ergo huius generis formis duntaxat materia pirore forma non exuta, sed illa quidem permanente atque incolumi, posteriorem recipit. atque in his dissolutio vsque ad materiam non fit formarum, in istis verò in quibus oppositio est & quales specificæ dicuntur vsque ad primam materiam fieri dissolutionem necessarium est. vnius enim Ortus alterius est Interitus. & cum istę formæ simul cohę B rere non possunt sed opponuntur, vbi autem est oppositio ibi corruptio & interitus, quare altera in alterius aduentu potentioris subiectum informare non potest. à contrario enim omnis est corruptio, quare corrumpetur formis quas materia prius habuerat corruptis nouam formã recipit, ergo vsque ad materiam primam harum formarum dissolutio erit necessario. quam sententiam Arist. 8. Diuinorum his verbis visus est confirmasse. fiunt autem plures materiæ eiusdẽ quando alterius altera fuerit, vt phlegma ex crasso & dulci. si crassum ex dulci. ex cholera verò propterea quod in materiam primam resoluatur cholera. dupliciter enim hoc ex hoc, aut quia principium erit, aut ex eo quod resolutum est in principium. & eodem libro paulo inferius, inquit quęcunque itaque sic transmutantur adinuicem ad materiam oportet redire, vt si ex mortuo animal in materiam primum, deinde sic animal erit, & acetum in aquam, deinde sic vinũ erit: ex quibus Arist. dictis longe lateq; patere arbitror nostram sententiam verissimam esse. materia enim prima quæ est sub mortuo, vt sub cadauere, nequaquam potest formam animalis vt pote vermis recipere, nisi prius omnibus quibus antea induta erat materia formis, dum in mor C tuo substernebatur exuatur, atque formam animalis nouam dissolutis vsque ad materiã primã pręcedẽtibus formis recipiat. horũ aũt ratio est q̃m huiusmodi formę mutuo se cõpati non possunt. subordinatæ. n. non sunt, sed oppositæ, quare in istis dissolutio vsq; ad materiã primã erit.

In fine. Tex. 1. Tex. 27. Cap. 1. Cap. 1. & 2. Tex. 11. Cap. 14.

Euertuntur Latinorum rationes. *Cap.* VI.



Voniam aduersantur nobis ex Latinis nõnulli, quos prius in medium attulimus, quouis in interitu vsque ad materiam primam fore dissolutionem, quibusdam Arist. vulgatisq; sententiis ex libro de Ortu & Interitu ab Arist. omnium cõsensu scriptis, vt vnius Ortus alterius est Interitus, & corruptionem esse mutationem totius in totò nullo sensibili remanente, age illas explicemus à quarum quidem enunciationum explicatione quas illi excogitarunt ruunt rationes. prima itaque propositio vnius interitus alterius generatio vice versa trifariam animo concipi atque intelligi potest. primo quidem modo vt generatio vnius D sit alterius corruptio formaliter, & econtrà. qui sensus falsus est. vnum enim oppositorum alterius oppositi forma esse non potest. corruptio autem & generatio opposita sunt. ergo corruptio non potest esse formaliter causa generationis, & econtra. Præterea ens nequit esse causa formalis non ęntis & econtra, generatio autem est ens, corruptio non ens 5. Physi. & 1. de Generatione & corruptione. ergo corruptio nequit esse causa formalis generationis, aut econtra. Demum si corruptio esset generatio & ecõtra, tunc corrũpi esset generari & econtra. quod fieri nõ põt. Alio modo põt intelligi, corruptionis sit causa generatio. qui sensus partim verus partim falsus est. verus quidẽ est si hoc modo intelligitur, quod generãs nõ põt generare sibi simile nisi corrũpat cõtrariũ sibi atq; dispositiones cõtrarias, & hoc modo nõ põt dici corruptio causa generationis, sed generatio causa corruptionis. intẽdit aũt natura corruptionem vt viã ad ipsam generationẽ. idcirco. n. natura aliquod corrũpit, vt ex illo quidpiã possit generari. at quoniã sic de generatione respectu corruptionis dici non potest, hac ratione ipsam propositionem sic non intelligit Arist. quoniam falsus est. Arist. autem illam intendit natura docente propositionem & eius conuersam esse veram. Tertius autem est huius propositionis sensus atque is verus & quẽ intendit Arist. hęc. s. verba vnius generatio alterius corruptio & econtra, significãt necessariam quandam

connexionem

connexionem & mutuam consequentiã ordinẽq; reciprocum. qñ.n.aliquod corrũpitur post il- E
lius corruptionem aliquod generatur, & silr id quod generatur aliqd aliud corrũpitur hic, ergo
est nodus & catena indissolubilis, ipsam aũt sic Arist. intelligit, quia illam sumit vt ꝓbaret gene-
rationem nunquã defecturã, sed esse perpetuã, quod quidem nõ sumpsisset, si hoc modo nõ intel
ligeretur cum id quod intendit, nempe perẽnem generationem non assequeretur, est etiã & hæc
sententia adeo naturæ principiis cõsentiens & sensibus exposita omnibus vt clarior & apertior
per se videatur q̃ quod ꝓbatione indigeat. cum.n.aĩal corrũpitur vermis generatur, silr cũ ver-
mis corrumpitur aliud tale generatur. in elementis autem apertissime hoc videtur, sed in hanc
intellectam propositionem duplex instantia fieri solet, prima cum homo corrũpitur non statim
aliquod generatur, sed magno tẽporis processu, ergo ordinem essentialẽ generationis & corrup.
hæc ꝓpõ non significare videtur. secunda instantia cũ homini caput abscinditur, nil generatur.
An aũt forma cadaueris? sed hoc esse non põt, omnem.n.generationem præcedit alteratio. alte-
ratio aũt omnis fit in tẽpore. atqui in morte hoĩs capite multati nulla põt esse alteratio, tum qa
momentanea ferè est, tum qa abscisio motus localis est. p motum aũt localem generatio nõ fit,
ergo in tali hoĩs interitu quidpiam non generatur, quare verum non videtur quod vnius cor- F
ruptio alterius sit generatio. Ad primam quæ procedit in interitu à natura & non ab arte aiunt
nõnulli generari formam cadaueris, etenim homo corrũpitur ab accessu alicuius qualitatis sum-
me calidæ aut frigidæ, & sic generantur multę formæ quæ oẽs formam vnius cadaueris subeunt.
An verò dicendum est quidquã in hominis interitu non generari protinus sed tẽporis processu:
eandem verò q̃ erat formam cadaueris in hoĩe viuo remanere in ipso mortuo, sed vocatur cada-
uer, qm̃ anima qua sustentabatur caret, vnde à cadendo cadauer dictum est. Ad secundam autẽ
instantiam sunt qui asserunt Arist. ꝓpõnem esse veram in interitu qui fit à natura qm̃ illa est ter-
minata. hæc aũt capitis abscisio mors est ab arte. artis aũt opera infinita ferè sunt, & ideo sunt
per accidens huiusmodi oẽs ab arte interitus, quare aiunt, in his Arist. propositio interitus ab
arte modis non est vera, sed hoc nihil est, qm̃ & si ars abscisionem capitis facit, sequitur absci-
sionem illam alteratio atque intẽperies, quæ à natura existentes in causa sunt vt homo intereat,
Cap.3 2. ideo alij asserunt ex Auer. 1. colliget contra Galenum asserente intemperiem posse prouenire,
vel ex primarum quatuor qualitatum excessu, aut ex solutione continui, in abscisione ergo ca-
pitis, quæ quãuis sit motus localis: producit tñ intẽperiem ob vehementem dolorem & tẽpera- G
mentum in abscisione variatr atq; alteratr, quare põt gigni forma cadaueris cum illa pcedat alte-
ratio, sed neq; hoc firmum est. forma.n.cadaueris aliquo agente particulare indiget vt educatr è
potẽtia materiæ. hic aũt nullum est agens particulare præter vl̃e quod maxime requiritr ad indi-
uiduum & particularem effectum ꝓducendũ, quare alio mõ asserendum est in capitis abscisione
nil repente generari, sed ea q̃ præerat forma cadaueris remanet, intẽperies aũt quę ex solutione
continui habetr, cã est interitus: tẽporis verò ꝓcessu corruptis formis oĩbus materia præexistenti-
bus nouam formã recipit vnius, ergo ortus alterius & interitus & vice versa vel tpis processu,
vel eodem tẽpore. tẽporis aũt processu in his q̃ pluribus pdita sunt formis, eodem tpe in his q̃ ab
vnica continentur forma, vt in elementis simplicibus corporibus, sed ad principalem institutũ,
cuius gratia ꝓpõnem declarandam sumpsimus redeamus, si vnius ortus alterius est interitus,
ergo cum aĩa vegetatiua generatur, forma mixtionis debet corrũpi. cũ aũt generatus aĩa sentiens
vegetabilis corrũpi debet, quare vsque in materiam primam erit formarum dissolutio, hoc erat
præcipuum cui innitebantur aduersæ partis fautores argumentũ, sunt aũt qui asserunt Aristo.
præfatã propositionem vnius.s.ortus alterius est interitus, & econtra, esse verã in Ortu & Interi H
tu corporum simplicium, nempe elementorũ in quibus duntaxat vnica est forma. & de huius-
modi Ortu & Interitu Arist. in initio illius libri loquitur, qui.s.versatur in elementis simplici-
bus corporibus ab vnica contentis forma. in fine aũt illius libri agit Philosophus de mixtione
quæ est generatio mixtorum, atq; differre dicit ab hac generatione quæ tractatur in initio libri,
quare tam & si adueniat sensitiua, necesse quidẽ nõ est corrũpi vegetabilẽ, propterea quia vnius
ortus alterius est interitus, qm̃ isthæc propositio, aiunt, vera est duntaxat in corporibus simpli-
cibus nõ aũt in mixtis, vti vegetatiua & sensitiua. An verò illa propositio vera est ẽt in mixtis?
tũ qm̃ Arist. de omni generatione & corruptione in initio libri eiusdẽ proponit se pertractare,
Tex. 5. tã simpliciũ, quã mistorũ, ergo in omnibus vera erit præfata ꝓpositio. Accedit quod initio eius-
dẽ libri reprehendit Platonẽ qui tantũ de Generatione & Interitu cõsiderauit quo modo rebus
inest, ac de generatione non omni, sed ea quæ elementorum est, quo modo aũt carnes vel ossa
vel aliarum hmõi rerum nihil, quare præfata propositio vera erit & in mixtis. Præterea, eodem
Tex. 17. & seq. lib. 1. accipit Arist. hanc propositionem vt probet generationem esse æternam & nõ defecturã,

tunc

A tūc instamus, generatio mixtorū est æterna non minus quā generatio elementorum, ergo illa ꝓpositio locū habebit ēt in mixtis. Accedit, Alex. 4. Meteor. ponens discrimen inter generationē quæ 4. Meteor. tractatur, & illā quæ in 1. de Genera. & Interitu, inquit, quod hæc quæ in lib. de Generatione tractatur est vniuersalior, qm̄. s. competit simplicibus & mixtis, illa verò quæ in 4. Meteor. exactior & magis particularis, in mixtis duntaxat, quare melius asserendū puto prȩfatā propositionē posse accomodari in omni generatione licet nō pari modo, qm̄ nō est eadem ratio omnis generationis. mixta. n. diuersum modū habent oriundi ab eo modo quo elemēta oriūtur, quia ipsa ab his diuersa sunt, quare præfata propositio simpliciter locū habet & vera est in corporibus simplicibus, secūdū quid aūt vera est in mixtis. dico aūt simpliciter verā esse in corporibus simplicibus, qm̄ illa vere oriuntur & occidunt, mixta aūt nō vere corrūpuntur secundū totā eorū substātiā, sed remittuntur, atque ex illis semicorruptis vt ita loquar & remissis generatur mistū, in quo formæ ipsæ sunt elementorum remissæ atque refractȩ, corrūpuntur, ergo ipsa miscibilia secundum esse simplex atque sincerū elementa, quod prius cū seorsum essent obtinebāt. dicuntur insuper corrūpi, qm̄ magna ex parte qualitatū amittunt suarū multos gradus & plu- B rimū ēt suæ integritatis formæ hoc explicauit Arist. in fi. libri de generatio. & corruptione. quare præfata propositio in simplicibus corporibus vera erit simpliciter, in mixtis aūt secundū quid & in eum quem diximus modū. eorū nunc argumentū nullum est. nam accedente aīa sentiente vegetatiua non simpliciter corrumpitur, atq; in nō ens simpliciter tendit vt illi credunt, sed esse quod prius seorsum à sentiente habebat nempe totalitatem & vniuersitatem qua seorsum erat prædita sentiente introducta amittit, fitque illius pars quæ antea erat totum continens, nunc verò continetur. vti. n. numerus ternarius accedente quaternario esse suum simpliciter nō ꝑdit, sed pars quaternionis efficitur atque totalitatē essentiamque sincerā, quā seorsum habebat amittit, fitque pars quaternionis, esseque suum nō ita simplex est. similiter intelligenda est secunda prȩaccepta propositio corruptionē & generationē esse mutationē totius in totum nullo sensibili remanente vera quidē est simpliciter in simplicibus elementis, secundum quid autem in mixtis, nec est intelligendū aquā cū ipsa mutatur in ignē nihil remanere. remanet. n. materia quȩ æterna est, sed formam non remanere à qua nomen & definitio dependet. mixta igitur corrumpi & generari dicuntur, quando mutantur, desinunt esse simplicia, atque sincerū esse, quo an- C tea erant prædita deperdi, alij aūt alio modo dicunt, accedente aīa sensitiua corrumpi priuationē eius quæ erat in embrione vegetabili, qm̄ quicquid oritur ex contrario oritur, sed superiorē modum magis probamus. ex his ergo manifestū est quod argumenta quibus aduersarij innitebantur potiora soluta sunt, atque duarum dignitatum explicatio manifesta est. reliqua aūt argumenta aut nullā firmitatem habent, aut ex dictis soluta sunt, aut nostram sn̄iam firmant, fatemur igitur subiectū generationis substantiæ esse ens in potentia respectu formæ quā habet recipere, digitus aūt mortuus ȩquiuoce dr̄ ex eo, quia propriā formā nēpe aīam amisit, nō aūt ex eo quod omniū formarū facta est dissolutio. Ad argumenta verò alterius partis oppositæ quæ omnem simpliciter dissolutionem negat ex dictis responsum est, nullo. n. momento materia siue forma reperitur. est. n. momentū principiū futuri & finis præteriti tpis. quare si materia spectat̄, vt est sub momento principio futuri, est sub forma generanda, si verò vt est finis præteriti est sub forma corrupta, negamus aūt simpliciter materiā esse in loco. quod. n. generatur nō est in loco 5. Physi. argumentū igitur id quod non est verum supponit, nec sequitur motū esse in nō tpe. potius. n. petit argumentū quo modo prȩfata propositio à nobis retro explicata accōmodari possit D ipsis accidentibus, quod separato loco absoluemus. ea verò quȩ tertia opinio Scoti & sequaciū affirmat quibusdam ablatis vt retro docuimus, nostram sententiam firmissimā reddūt. & hȩc de prȩsenti difficultate & Tertia Sectione ad Dei Optimi Maximi, eiusque matris, cui sit honor & gloria, laudem, dicta sufficiant.

Tex. 6. & cōm. 6.

FINIS.

Venetijs, Ex Officina Petri Dehuchini. 1571.